Februarius habet dies. xxviii.
Luna vero. xxix.

	d	Sancte Brigide
xi	e	Purificatio beate marie
xix	f	Sancti Blasii
viii	g	Sancti gilberti
	a	Agathe virginis
xvi	b	Vedasti Amandi et doroth
v	c	
	d	
xiii	e	Appollonie
ii	f	Scolastice virginis
	g	zotheris
x	a	
	b	Fulcranni
xviii	c	Valentini martiris
vii	d	fraustini et Joniti
	e	Juliane virginis

This book I picked up on
a Stall at Venice in 1741.
& had it bound there;
It was probably printed
in England & there are some
few English directions in it
some time before Henry 8th.

Rather at Paris for the
Use of English booksellers,
about the Year 1560.

40939
IA: ~~41477~~

a b b c-k^8 l^4 = 92 ff.
Wanting the first leaf.

Liturgies - Latin Rite - Hours - I. Salisbury
K

A. W. Pollard.

Februarius habet dies. xxviii.
Luna vero. xxix.

d Sancte Brigide
e Purificatio beate marie
f Sancti Blasii
g Sancti gilberti
a Agathe Virginis
b Vedasti Amandi et dorothe
c
d
e Appollonie
f Scolastice Virginis
g zotheris
a
b Fulcranni
c Valentini martiris
d fraustini et Joniti
e Juliane Virginis

ꝟB	f	
iiii	g	
	a	
vii	B	
i	c	
	d	Cathedra ſancti petri
ip	e	Locus ſepti
	f	Sancti Mathei
ꝟVii	g	
Vi	a	
	B	Sancti auguſtini
viiii	c	

Naſcitur occulta febris februario multa
Potibus et eſcis ſi caute uiuere uelis.
Tunc caue frigora de police funde cruores
Sugge mellis fauuz pectoris q morbos
curabit

Marcius habet dies. xxxi. Luna. Vero. xxx.

iii d Sancti dauid epi
e Sancti Cedde epi
vi f
g Sancti adriani
vix a
viii b
c Perpetue et felicitatis
vi d
v e Quadraginta martirum
f
viii g Sol in atiete
ii a Sancti gregorii pape
b
x c
d Sancti longini martiris
viii e

vii	f	Patricii episcopi
	g	Edu v vardi regis
xv	a	
iiii	b	Cuthberti
	c	Benedicti abbatis
xii	d	
i	e	
	f	
ix	g	Annuntiatio dominica
	a	
xvii	b	Resurrectio dominica.
vi	c	
	d	Quintini martiris
xiiii	e	
iii	f	Sancte sabine

Martius humores gignit variosqz dolores Sume cibū pure cocturas si placet vre Balnea sūt sana sed q̄ supflua vana. Vena nec abdenda nec potio sit tribuenda

Aprilis habett dies xxx
luna Vero. xxix

	g	
vi	a	
	b	Ricardi episcopi
xiv	c	Ambrosii episcopi
viii	d	
xvi	e	
v	f	Eufemie virginis
	g	Marie egiptiace
xiii	a	
ii	b	
	c	Sol in cancro
x	d	
	e	
xviii	f	Tiburcii & Valeriani
vii	g	Helene sancte
	a	Sancti ysidori

xv	b	Aniceti pape
iiii	c	
	d	Sancti Alphegi epi
xii	e	
i	f	
	g	Sancti sotheris
ix	a	Georgii
	b	
xvii	c	Marci euangeliste
vi	d	Cleti pape
	e	
xiiii	f	Vitalis
iii	g	Petri mediolaũñ:
	a	Depositio sancte etlren

Hic probat in vere vires aprillis habere
Cuncta renascũtur pori tunc aperiuntur
In quo scalpescit corpus sanguis quoqz crescit
Ergo soluatur venter cruorqz minuatur

Mayus habet dies. xxxi Luna Ve-
to. xxx.

vi b Philippi et iacobi
c
vip d Inuentio sancte crucis
viii e
f Godardi
vvi g Johannis ante portam
v a Sancti iohannis
b Apparitio sancti michaelis
viii c
ii d Gordiani et epimachi
e
v f Nerei et achilei.
g
vviii a Bonefacii martiris
vii b Isidori martiris
c

pB d Translatio ſcti bernardi
iiii e
f Sancti dunſtani
pii g Bernardini
i a Helene regine
b Juliane Virginis
ip c
d Translatio ſcti franciſci
pVii e Sancti Adelini
Vi f Sancti auguſtini
g Bede p̄ſbiteri.
piiii a Sancti germani
iii b
c Felicis pape
pi d Sancte petronille

Mayo ſecure lauari ſit tibi cure
Scidaꝫ Vena ſed balnea denꝫ amena.
Cū calidis rebz ſit ferculą ſeu ſpeciebz
Potibz aſtricta ſit ſaluia cū benedicta

Junius habet dies xxx.
Luna vero. xxix.

	e	Nicomedis martiris
xiv	f	Sancti marcellini
viii	g	Sancti Erasmi
vi	a	
v	b	Sancti bonefacii
	c	
iiii	d	
ii	e	Hildardi et medardi.
	f	Translatio scti Ethmundi
	g	
	a	
viii	b	Sancti basilidis
vii	c	Anthonii
	d	Basilii epi
v	e	Viti et modesti
iiii	f	Translatio sancti ricardi.

	g	Botulphi
xii	a	Marci et marcelliani
i	b	Geruasii et protasii
	c	Translatio scti Edvvardi
ix	d	
	e	Albini
xvii	f	Etheldrede
vi	g	Natiuitas Johannis baptiste
	a	
xiiii	b	Johannis et pauli
ii	c	
	d	Leonis pape
xi	e	Apostolorum petri et pauli
	f	Cōmemoratio sancti pauli

In iunio gentes perturbat medo libentes
Atq; nouellarū fuge potus ceruisiarum
Ne noceat celer a valet hec refectti vera
Lactuce frōdes ede ieiunus bibe fontes

Julius habet dies. xxxi.
Luna. xxix.

xix	g	Octauas scti Johannis baptiste.
viii	a	Visitatio beate marie
	b	
xvi	c	Translatio sancti martini
v	d	
	e	Octaua petri et pauli
xiii	f	Translatio scti thome
ii	g	
	a	
x	b	Septem fratrū martirum
	c	Translatio sancti benedicti.
xviii	d	Naboris et felicis
vii	e	Priuati martiris
	f	Diuisio apostolorum
xv	g	Translatio scti Vithini
iiii	a	

b Sancti krenelini
vii c Arnulphi martiris
i d
e Sancte margarete.
iy f Praxedis Virginis
g Marie magdalene
vVii a Sancti apolinaris
Vi b Cristine Virginis
c Jacobi apostoli
viiii d Sancte anne
iii e Septem dormientium
f Sansonis episcopi
vi g Saniti feliciis et so.
vip a Abdon et sennes
b Hermani.

Qui Vult solatiē iulio, pbat hoc medicamē
Venam non scindat nec Ventrē potio ledat
Sōnum compescat & balnea cūcta paue scat
Prodest recens Vnda alliū cū saluia mīda

AUgustus habet dies. xxxi.
Luna vero. xxix

viii c Ad vincula sancti petri
vi d Stephani pape
v e Inuentio sancti stephani
f Justini presbiteri
viii g Sancti Oswaldi
ii a Sixti et sociorum eius.
b Donati
v c Ciriaci
d Romani
viii e Sancti laurentii.
vii f Tiburci
g Sancte clare
v a Sancti hyppoliti et sociorum
iiii b Eusebii
c Assumptio beate marie
ii d Rothonis episcopi.

i e Oct̄ sancti Laurentii.
f Agapiti martiris
ix g Magni martiris
a Ludouici episcopi
xvii b Bernardi abbatis
vi c Oct̄ assūptionis beate marie
d Thimotei et appolinaris
xiiii e Bartholomei
iii f Ludouici regis.
g Seuerini
xi a Ruphi martiris
xix b Sancti augustini
c Decolatio sancti io. baptiste
viii d Felicis et audacti
e Enthberge virginis.

quisq̄s sub augusto viuat medicamīe iusto
Raro dormitet estum coitū quoqz vitet
Balnea nō curet nec multū comestio duret
Nemo laxari debet vel fleubothomari

September habet dies .xxx. Luna vero.xxix

vi	f Egidii abbatis
v	g Anthonii martiris
	a
viii	b Translatio ſcti cuthberti
ii	c Bertini
	d Eugenii epi
	e
	f Natiuitas beate marie
viii	g Gorgonii
vii	a Salui epiſcopi
	b Prothi et iacinti
v	c Martiniani epiſcopi
iiii	d Maurilii epiſcopi
	e Exaltatio ſnacte crucis
vii	f Octaue beate marie
i	g Edithe virginis

	a	Lamberti.
ix	b	Victoris et corone
	c	
xvi	d	Eustachii martiris
vi	e	Mathei apostoli
	f	Mauricii eius et sociorumqz
xiiii	g	Tecle virginis
iii	a	
	b	Sancti firmini ep̄i
xi	c	Cypriani et iustini
xix	d	Cosme et damiani
	e	
viii	f	Michaelis
	g	Iheronimi

✠

Fructus maturi septēbris sunt valituri
Et pira cum vino panis cum lacte caprino
Aqua de vrtica tibi potio fertur amica
Tūc venā pādas spēs cū semine mandas

October habet dies xxxi. Luna xxx.

vi	a	Remigii epi
v	b	Leodegarii
viii	c	
ii	d	Francisci
	e	
x	f	Sancte fidis
	g	Marci et marcelliani
viii	a	
vii	b	Dyonisii et rustici
	c	Sancti gereonis
v	d	Nicasii
iiii	e	Vilfridi
	f	Translatio edu vvardi
iii	g	Calixti pape
i	a	Sancti vvulfranni
	b	Michaelis in monte

ix c Etheldrede
d Luce euangeliste
xvii e Redes vvide
vi f
g Vndecim miliũ virginum.
xiiii a
iii b Romani
c
xi d Crispini et crispiniani
e Euaristi pape
xix f
viii g Simonis et iude
a
xvi b
v c Quintini + +

October vina prebet cum carne ferina.
Necnon aucina caro valet et volucrina
Quamuis sint sana tñ est repletio vana.
Quãtum vis comede sed non p̃cordia lede.

Nouember habet dies.xxx. Luna vero.xxix

	d	Festum omnium sanctorum
xiii	e	Commemoratio animarum
ii	f	v Venestrede
	g	Amancii
x	a	
	b	Leonardi
xviii	c	
vii	d	Quattuor coronatorum
	e	Theodorimar
xv	f	
iiii	g	Martini episcopi +
	a	
xii	b	Bricii episcopi
i	c	Translatio Erlrē v vladi
	d	Machuti
ix	e	¶ Deposito sancti edmundi

f Hugonis
pVii g Dcē sancti martini
Vi a Elizabeth Vidue
b Edmundi regis.
piiii c
iii d Cecilie Virginis
e Clementis martiris
pi f Crisogoni mar.
piy g Katherine Virginis.
a Lini pape
Viii b Agricole et Vitalis.
c
pVi d Saturnini et sisinni
V e Andree apostoli

Hoc tibi scire datur q reuma nouebri curat
Queqz nociua Vita tua sint pciosa dicta
Balnea cū Venere tūc nullū cōstat habere
Pocio sit sana atqz minutio bona

December habet dies xxx. Luna Vero xxx.

	f	Eligii epi
viii	g	Librani
ii	a	
v	b	Barbare Virginis
	c	Habbe abbatis
v viii	d	Nycolay episcopi
vii	e	Octi beati andree
	f	Conceptio beate marie
v	g	
iiii	a	Eulalie
	b	Damasci pape
vii	c	
i	d	Lucie Virginis
	e	Ihal. Januarii
ix	f	
	g	

xvii	a	Lazari episcopi
vi	b	
	c	
xiiii	d	Vigilia
iii	e	¶ Sancti thome
	f	
xi	g	
	a	Vigilia
xix	b	¶ Natiuitas dñi nostri
viii	c	¶ Stephani prothomartiris
	d	¶ Johannis euangeliste
xvi	e	¶ Sctōꝝ innocentium
v	f	¶ Thome martiris
	g	Transla. sancti Jacobi
xiii	a	Siluestri ep̄i

Hoc scire tibi datur q̄ reuma nouēbri curat̄
Queqz nociua vita tua sint preciosa dicta
Balnea cū venere tūc nullū ꝯstat habere.
Potio sit sana atqz minutio bona

IN principio erat Verbum et Verbum
erat apud deum et deus erat Verbum
Hoc erat in principio apud deum. Omnia
per ipsum facta sunt et sine ipso factum est
nichil. Quod factum est in ipso Vita erat &
Vita erat lux hoiz Et lux i tenebris lucet
& tenebre eam non cõprehenderunt. Fuit ho
mo missus a deo cui nomen erat iohannes.
Hic Venit in testimoniũ Vt testimoniũ phi
beret de lumine Vt oẽs crederẽt p illũ. Non
erat ille lux sed Vt testioniũ phiberet de lu
mine. Erat lux Vera q̃ illuminat oẽm ho-
minẽ Veniẽtẽ in hũc mũdũ. In mũdo erat
et mundus p ipsũ factus est et mũdus eum
nõ cognouit. In ꝓpria Venit et sui eũ nõ re
ceperũt. Quotquot aũt receperunt eũ dedit
eis potestatẽ filios dei fieri his qui credunt
in noĩe eius. Qui non ex sanguinibus neqz
ex Voluntate carnis neqz ex Voluntate Vi
ri sed ex deo nati sũt Et Verbũ caro factuz
est et habitauit in nobis. Et vidim⁹ gl̃iam
eius gl̃iam quasi Vnigeniti a patre. Plenũ
gr̃eet Veritatis. Deo gr̃as. Te inuocam⁹
te adoram⁹ te laudam⁹ teglificam⁹ o beata
trinitas. ℣. Sit nomẽ dñi bñdictũ. ℟. Ex

hoc nunc et vsqz in seculum Oratio

PRotector in te sperantium deus sine quo nichil est validum nichil sanctū multiplica super nos mīam tuā vt te recto re te duce sic transeamus per bona temporalia vt non amittamus eterna. Per christū dominum nostrum. Amen

Sequentia sancti euangelii secundum Lucam. Gloria tibi domine.

IN illo tēpore. Missus est gabriel angelus a deo in ciuitatem galilee cui nomen nazareth ad virginem desponsatā viro cui nomen erat ioseph de domo dauid: et nomen virginis Maria Et ingressus āgelus ad eaz dixit. Aue gratia plena dominus tecum benedicta tu in mulieribus. Que cum audisset turbata est in sermone eius & cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait angelus ei. Ne timeas maria inuenisti enim gratiam apud dīm. Ecce concipies in vtero et paries filium: et vocabis

nomen eius ihesū. Hic erit magnus et filius altissimi vocabitur. Et dabit illi dñs sedē dauid patris eius et regnabit in domo iacob in eternū ⁊ regni eius nō erit finis. Dixit aūt maria ad angelū. Quomodo fiet istud qm virū nō cognosco. Et respōdēs angelus dixit ei. Spūs sanctus supueniet in te ⁊ virtus altissimi obūbrabit tibi. Ideoq; et quod nascetur ex te sanctū vocabitur filius dei. Et ecce elizabeth cognata tua et ipsa cōcepit filiū in senectute sua Et hic mēsis est sextus illi q̄ vocatur sterilis: q̄ non erit impossibile apud deū omne verbū. Dixit aūt maria Ecce ancilla dñi: fiat michi secundum verbum tuum. Deo gratias.

Secundum matheum. Gloria tibi dñe

In illo tēpore. Cū natus esset ihesus in bethleem iude in diebus herodis regis ecce magi ab oriente venerunt hierosolimam dicentes. Ubi est qui natus est rex iudeorū. Vidimus enī stellā eius in oriēte ⁊ venimus cū mune

tribus adorare eum. Audiēs autem herodes
rex turbatus est et omnis iheroſolima cum
illo. Et congregans omnes principes sacer
dotum & scribas populi sciscitabatur ab eis
vbi xps nasceret. At illi dixerunt. In beth-
leem iude sic enī scriptū est per ꝓphētā Et
tu bethleem terra iuda nequaq̄ minima es
in principibz iuda. Ex te enī exiet dux qui
regat populuz meuz israel. Tunc herodes
rex clam vocatis magis dili genter didi sci
ab eis tempus stelle que apparuit eis. Et
mittēs eos in bethleē dixit. Ite et interro-
gate diligenter de puero et cū inueneritis re
nunciate michi vt et ego veniens adorē eū
Qui cum audissent regem abierunt. Et ec-
ce stella quam viderant in oriente antrecede
bat eos vsq̄z duz veniens staret supra vbi
erat puer. Videntes aūt stellā magi gauisi
sunt gaudio magno valde. Et intrātes do
mum inuenerunt puerū cum maria matre
eius. Et procidentes adorauerūt eum. Et
apertis thesauris suis obtulerunt ei mune
ra aurum thus et mirram. Et respons̄o ac-
cepto in sōnis ne rediret ad herodē per aliā
viā reuersi sunt in regionē suā. Deo grās.

Sequentia sancti euangelii secundum Marcum. Gloria tibi domine

In illo tpe. Recūbē tibus Undecim discipulis apparuit illis ie sus et exprobrauit incre/dulitatē illorū ⁊ duriciē cordis q̄ hiis q̄ viderāt cū resurrexisse nō crediderant. Et dixit eis. Euntes in mundū vniuersū predicate euāgeliū omni creature. Qui crediderit et baptizatus fuerit saluus erit. Qui vero non crediderit cōdemnabitur Signa aūt eos qui crediderint hec sequentur. In noīe meo demonia eiicient linguis loquentur nouis serpentes tollent Et si mortiferum quid biberīt non eis nocebit. Super egros manus īponēt et bene habebunt. Et dñs quidem iesus postq̄ locutus est eis assumptus est in celum ⁊ sedet a dextris dei. Illi autem profecti predicauerunt vbiq̄ dño cooperante et sermonē confirmāte sequentibus signis. Deo gratias. Per euāgelica dicta deleant nr̄a delicta

Passio domini nostri iesu christi secūdum Johānem.

Egressus est dñs iesus cuz discipulis
suis trans torrentē cedron Vbi erat or
tus in quē introiuit ipe z discipuli ei Scie
bat aūt z iudas q tradebat eū locū q frequē
ter iesus conuenerat illuc cū discipulis suis
Judas ergo cū accepisset cohortē a pōtifici-
bus z phariseis ministros Venit illuc cū la
ternis z facibz et armis. Jesus itaqz sciens
oia q Vētura erāt sup eū ꝓcessit z dixit eis
Quē queritis? Respōderūt ei. Jesū nazare/
nū. Dixit eis iesus. Ego sū. Stabat aūt z
iudas qui tradebat eū cū ipis Vt ergo dixit
eis ego sū abierūt retrorsū z ceciderūt in ter
rā. Iterū ergo interrogauit eos Quē queri
tis? Illi aūt dixerūt. Jesū nazarenum. Re
spōdit iesus. Dixi Vobis q ego sū. Si ergo
me q̄ritis sinite hos abire. Vt īpleret sermo
quē dixit q quos dedisti michi nō ꝑdidi ex
eis quēq̄. Symō ergo petr habēs gladiuz
eduxit eū z percussit pontificis seruū et ab
scidit auriculam eius dexteram. Erat autē
nomen seruo malchus. Dixit ergo iesus pe
tro. Mitte gradium tuum in Vaginam Ca
licem quem dedit michi pater non Vis Vt bi
bam illū? Cohors ergo et tribunus et mini

stri iudeorum comprehenderunt iesum et li
gauerunt eũ et aduxerunt eum ad annam
primũ. Erat enĩ socer cayphe qui erat pon-
tifex anni illius. Erat aũt cayphas qui cõ
siliũ dederat iudeis qꝛ expedit vnum hoĩez
mori ꝓ populo. Sequebatur aũt iesum sy-
mõ petrus et alius discipulus Discipulus
aũt ille erat notus pontifici et introiuit cũ
iesu in atriũ pontificis Petrus aũt stabat
ad hostiũ foris Exiuit ergo discipulus ali
us qui erat notus põtifici et dixit hostiarie
et introduxit petrũ. Dixit ergo petro ancil
la hostiaria. Nunquid et tu ex discipulis es
hoĩs istius? Dixit ille. Non sũ. Stabant
aũt serui et ministri ad prunas qꝛ frig⁹ erat
ꝛ calefaciebãt se. Pontifex ergo interroga
uit iesũ de discipulis suis et de doctrina ei⁹
Respondẽs iesus dixit. Ego palã locutus
sum mũdo. Ego semꝑ docui in synagoga ꝛ
ĩ tẽplo quo oẽs iudei cõueniũt et in occulto
locutus sũ nichil. Quid me ĩterrogas? In
terroga eos q̃ audierũt q̃d locutus suz ip̃is
Ecce hi sciunt q̃ dicerim ego. Hec aũt cum
dixisset vnus assistẽs ministroꝝ dedit ala
pam iesu dicens. Sic respõdes põtifici? Re

spondit ihesus. Si male locutus sum testimonium phibe de malo. Si aũt bene quid me cedis? Et misit eum ānas ligatum ad caypha pōtificē. Erat autē symō petrus stans et calefaciēs se. Dixerũt ergo ei. Nunquid et tu ex discipulis eius es? Negauit ille et dixit. Nō sũ. Dixit ei Vnus ex seruis pōtificis cognatus eius cuius abscidit petr⁹ auriculā. Nōne ego te vidi in orto cũ illo. Iterum negauit petrus & statim gallus cantauit. Adducũt ergo ihesũ a caypha in pretoriũ Erat aũt mane et ipsi nō introierũt ī pretoriũ vt nō cōtaminarētur sed māducarēt pascha. Exiuit ergo pylat⁹ ad eos foras & dixit Quā accusationē affertis aduersus hoīnē hũc? Responderũt et dixerũt. Si nō esset hic malefactor non tibi tradidissemus eum Dixit ergo eis pylatus. Accipite eũ Vos & secundũ legē vestrā iudicate eum Dixerũt ergo ei iudei Nobis non licet interficere quē q̄. Vt impleretur sermo quem dixit significans qua morte esset moriturus. Introiuit ergo iterũ in pretoriũ pylatus & vocauit ihesũ et dixit ei. Tu es rex iudeor̄. Respōdit ei ihesus. A temetipso hoc dicis: an alii tibi di

petrunt de me? Respondit pilatus Nunquid
ego iudeus sum. Gens tua & pontifices tra
diderunt te michi. Quid fecisti. Respōdit ie
sus. Regnum meum non est de hoc mundo
Si ex hoc mundo esset regnum meum mini
stri mei Vtiqz decertarent Vt non tradetet
iudeis. Nunc autem regnum meum non est
hinc Dixit itaqz pilatus. Ergo rex es tu.
Respondit ie sus. Tu dicis quia rex sū ego
Ego in hoc natus sum & ad hoc Veni in mū
dum Vt testimonium perhibeam Veritati.
Omnis qui est ex Veritate audit Vocē me
am. Dixit ei pilatus. Quid est Veritas?
Et cum hoc dix isset iterum exiuit ad iude
os et dixit eis. Ego nullam inuenio in eo
causam. Est autem consuetudo Vobis Vt
Vnum dimittam Vobis in pascha. Vultis
ergo dimittam Vobis regem iudeorū. Cla
mauerunt rursum omnes dicētes. Non hūc
sed barrabam. Erat autem barrabas latro
Tunc ergo apprehendit pilatus iesum et
flagellauit. Et milites plectentes coronā
de spinis imposuerunt capiti eius et Veste
purpurea circundederūt eum. Et Veniebāt
ad eum & dicebāt Aue rex iudeoꝝ Et dabāt

ei alapas. Exiuit iterū pilat⁹ foras ⁊ dixit eis. Ecce adduco vobis eū foras vt cognoscatis quia in eo nullam causam inuenio

Exiuit ergo iesus portās coronā spineā ⁊ purpureū vestimentum et dixit eis Ecce homo. Cū ergo vidisset eū pōtifices et ministri clamabāt dicētes. Crucifige crucifige eū. Dixit eis pylatus Accipite eū vos ⁊ crucifigite Ego enī nō inuenio in eo causā. Respōdetūt ei iudei. Nos legez habemus et sēm legē debet mori quia filiū dei se fecit. Cū ergo audisset pylat⁹ hūc sermonē magis timuit Et ingressus est ptoriū iterū ⁊ dixit ad iesū. Vnde es tu. Jesus aūt respōsum nō dedit ei Dixit ergo ei pylat⁹. Mihi nō loqris. Nescis quia potestatem habeo crucifigere te et potestatem habeo dimittere te. Respondit iesus. Non haberes potestatem aduersum me vllam nisi tibi datum esset de super propterea tibi tradidit me tibi maius peccatum habet. Et exinde querebat pylatus dimit/

tere eum. Illi autem clamabant dicentes. Si hunc dimittis non es amicus cesaris. Omis qui se regem facit contradicit cesari

Pylat⁹ ergo cum audisset hos sermões adduxit ihesū foras et sedit ꝓ tribunali in loco q̄ dicitur licostratos hebraice aūt gabatha Erat autez parasceue pasche hora quasi sexta. Et dixit iudeis. Ecce rex vr Illi autem clamabant. Tolle tolle crucifige eum. Dixit eis pylatus. Regem vestruz crucifigā. Respon/derunt pontifices. Nō habemus regē nisi cesarē. Tūc ergo tradidit eis illū vt crucifigeret. Susceperūt aūt ihesū et eduxerūt euz ⁊ baiulās sibi crucē exiuit ī eū q̄ dicit calua rie locum hebraice gabatha vbi eū crucifixerūt et cū eo alios duos hinc ⁊ hinc mediū aūt ihesū. Scripsit aūt et titulū pylat⁹ ⁊ posuit sup crucē. Erat aūt scriptū. Jesus nazarenus rex iudeoz. Hūc ergo titulū multi legerūt iudeoz q̄ ppe ciuitatē erat loc⁹ vbi crucifixus est ihesus. Et erat scriptum

hebraice grece ⁊ latine Dicebāt ergo pylato pōtifices iudeoꝝ. Noli scribere rex iudeorū sed qꝝ ipe dixit rex sū iudeoꝝ. Rndit pylat⁹ Qd̄ scripsi scripsi. Milites ergo cū crucifixissēt cū acceperūt vestimēta eius ⁊ fecerūt quattuor ptes vnicuiqꝫ militi partē ⁊ tunicā. Erat aūt tunica incōsutilis desup contexta p totū. Dixerūt ergo ad inuicē. Non scindamus eam sed sortiamur de illa cuius sit vt scriptura ipleretur dicēs. Partiti sūt vestimēta mea sibi ⁊ in vestē meā miserūt sortem. Et milites quidem hec fecerunt.

Stabant autez iuxta crucē iesu mater eius et soror matris ei⁹ maria cleophe ⁊ maria magdalene. Cuz vidisset ergo iesus matrē et discipulum stantē quez diligebat dixit matri sue. Mulier ecce filius tuus. Deīde dixit discipulo Ecce mater tua Et ex illa hora accepit eam discipulus in sua. Postea sciens iesus quia iam omnia cōsummata sūt vt consummaretur scriptura dixit. Sitio. Vas ergo posi

tū erat aceto plenū. Illi autē ſpōgiā plenā aceto yſopo circūponentes obtulerūt ori ei⁹ Cū ergo accepiſſet ieſus acetū dixit. Cōſūmatū eſt. Et inclinato capite tradidit ſpm. Judei ergo qm̄ paraſceue erat Vt nō remanerent in cruce corpa ſabbato erat enim magnus dies ille ſabbati rogauerunt pilatuz Vt frangerent coꝝ crura ⁊ tollerent Venerūt ergo milites ⁊ primi q̄dē fregerūt crura ⁊ alteri⁹ q̄ crucifix⁹ eſt cū eo. Ad ieſū aūt cū Veniſſent Vt Viderent eū iā mortuū nō fregerūt ei⁹ crura ſed Vn⁹ militū lāceā lat⁹ ei⁹ apuit ⁊ ꝯtinuo exiuit ſāguis ⁊ aqua. Et q̄ Vidit teſtimoniū phibuit et Verū eſt teſtimōniū eius Et ille ſcit q̄ Vera dicit Vt et Vos credatis Facta ſūt enī hec Vt ſcriptura impleret. Os non comminuetis ex eo. Et iteruz alia ſcriptura dixit. Videbūt in quem tranſfixerūt

Poſt hec autem rogauit pilatuz ioſeph ab arimathia eo q̄ eſſet diſcipulus ieſu occultus aūt propter metū iudeoꝝ Vt tolleret corpus ieſu Et permiſit pilatus. Venit ergo et tullit corpus ieſu. Venit aūt et nicodemus qui Venerat ad ieſum nocte primuz ferens mixturā mirre et aloes quaſi libras

centum. Accepetunt ergo corpus ieſu ⁊ liga
uerunt eum lintheis cuz aromatibus ſicut
mos iudeis eſt ſepelire. Erat autem in loco
vbi crucifixus eſt ortus ⁊ in orto monumē
tum nouuz in quo nundū quiſq; poſitus fu
erat. Ibi ergo propter paraſceuem iudeoruz
quia iuxta erat monumentum poſuerunt
ieſum. Deo gratias Oratio.

O Deus qui manus tuas et pedes tuos
et totum corpus tuum pro nobis pec-
catoribus in ligno crucis poſuiſti ⁊ coronā
ſpineaz a iudeis in deſpectu tui ſacratiſſimi
nominis ſuper caput tuum impoſitam ſu-
ſtinuiſti et quinqz vulneta pro nobis pctō
tibus in ligno crucis paſſus fuiſti da nobis
hodie et quotidie vſum penitentie abſtinen
tie patientie humilitatis caſtitatis lumen
ſenſum et intellectum et puram conſciētiā
vſqz in finem ieſu chriſte ſaluator mundi
Qui cum patre et ſpiritu ſancto viuis ⁊ re-
gnas deus. Per omia ſecula ſeculoruū Amē

te gloriosus apostolorum
te prophetarum laudabilis
te per orbem terrarum
te martyrum candidatus
Te deum laudamus
te eternum patrem omnis

De sanctissima trinitate

Auxiliatrix sis michi trinitas sancta. Deus in nomine tuo leuabo manus meas. Crux criuphalis passionis domini nostri iesu christi. Jesus nazarenus rex iudeorum fili dei miserere mei in nomine patris & filii et spiritus sancti Amen. Per signum sancte crucis de inimicis nris libera nos deus noster. Piissime deus et clementissime pater laudes et gratias ago tibi domine iesu christe omnipotens eterne deus qui me dignum famulum tuum. N. in hac nocte custodisti, protexisti visitasti sanum et incolumem ad principium huius diei me peruenire fecisti et pro aliis beneficiis meis que tua sola bonitate michi contulisti deprecor clementiam tuam misericors deus. Vt concedas michi die venturi sic peragere in tuo sancto seruitio cum humilitate discretione deuotione et dilectione benigna. Vt tibi seruitutem meam debitam et placabilem omnibus operibus meis valeam psoluere et fac me cum tua gra viuere semper et omnibus diebus vite mee tibi commendo corpus meum et animam meam. Per christum dominum nostrum. Amen

Vvhan thou goest first oute of thy bous blesse the sayeng

Crux triumphalis domini nostri iesu christi ecce viuifice crucis dominicuz signum fugite partes aduerse. In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen.

Oratio.

Deus qui tres magos orientales. Jaspar/ Melchior/ et Balthasar/ ad presepe dñi stella duce cõduxisti/ conduc me ad loca proposita/ sine totius aduersitatis impedimento. et qui eos conduxisti angelo nunciante reduc me teipso auxiliante Per dominum nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecũ viuit et regnat deꝰ. ℟. Angele qui meus es custos pietate supna Me tibi cõmissũ serua defende guberna

Vvhan thou entrest in thothe chir che say thus

Domine in multitudine misericordie tue introibo in domum tuam. Adorabo ad templum sanctum tuum et confitebor nomini tuo domine deduc me in iusticia tua propter inimicos meos dirige in conspectu tuo viam meam.

Vvan thou talrest holx Vvater say thꝰ

Aqua benedicta sit michi salus et vita presta michi dñe per hanc creaturam aspersionis aque sanitatem mentis integritatez corporis tutelam salutis securitatem spei corroborationē fidei nūc et in futuro. Amē

Vvan thou begynnest toproyethus hegynne krenelyng

Discedite a me maligni et scrutabor mā data dei mei. Aufer a me domine omnes iniquitates meas vt merear pura mente in troire in sancta sanctorum veni domine visitare me in pace vt letar coram te corde perfecto. Aperi domine os meum ad benedicē dum nomen tuum. Emundaqz cor meum a vanis et nequissimis cogitationibus vt dignus merear exauditi ante conspectum diuine maiestatis tue dignus est domine deus meus accipere gloriam et honorem et virtutem quia tu creasti omnia et propter nomen tuum erant et creata sunt. Salus et honor deo meo etiam sit qui sedes super thronum et agno alleluya

O Bone iesu tu nouisti et potes et vis bonū aīe mee. Ego miser nec

noui nec etiam possum. tu pro pietate tua in effabili mecum disponas secundum quod noueris tibi velle/et michi prodesse. Amen

Confitebor tibi domine ieſu christe omnia peccata mea quecunq; feci ab infantia mea vsq; nunc sciens aut ignorans et quidquid in hac die vel in hac nocte dormiens aut vigilans in verbis in factis in cogitationibus per iacula dyaboli aut p desiderium carnis mee aduersus tuam voluntatem ex toto corde meo veniam peto eporans ne ita tua veniat super me sed gratia tua respiciat super me in eternum. Fiat benedictio dei patris et filii et spiritus sancti super me/assit michi intercessio sancte dei genitricis marie sancti michaelis archāgeli sancti iohannis baptiste/sancti iohannis euangeliste/sancti petri/sancti pauli/sancti georgii/sancti christofori/sancti martini/sancti nicolai/sancte katherine/sancte margarete et sancte barbare. Et omnes sancti et electi dei orate pro me vt mereat vobiscum regnum dei possidere

Dignare domine omnipotens suscipere has horas quas ego indignus peccator de-

cautate desidero in honore sanctissimi nomi
nis tui et beate marie Virginis genitricis
filii tui domini nostri iesu christi et omniū
sanctorum tuorum et sanctarum pro me mi
sero peccatore omnibusqz ꝓpinquis amicis
etiam parentibus benefactoribus et recom
mendatis meis pro peccatis innumerabilib⁹
per nos commissis ac pro animabus omni-
um fidelium defunctorum et concede que-
sumus omnipotens deus Vt nobis omnib⁹
hec hore proficiant ad salutē corporis reme-
diumqz anime et ad veram penitentiam
faciendam in hac vita et in fine ad gloriaz
et vitam eternam consequendam. Amen

Hore intemerate beate marie Virginis
secundum vsum sarum

AVE
GRACIA·PLENA·ON

Domine labia mea aperies Et os meū annūciabit laudē tuā Deus i adiutoriū meū intēde Oīe ad adiuuandū me festina Glia patri et filio et spiritui sācto Sicut erat in principio et nunc et semper et in secula seculorum Amen Allelūya Aue maria gratia plena dominus tecum. Aue maria gratia plena dominus tecum. d. t.

Venite exultemus domīo iubilemus deo salutari nostro preoccupemus faciem eius in confessione & in psalmis iubilemus ei. Aue maria Quoniā deus magnus dominus et rex magnus super omnes deos quoniam non repellet dominus plebē suaz quia in manu eius sunt omnes fines terre & altitudines montiū ipe conspicit. Dominus tecum Quoniam ipsius est mare et ipse fecit illud & aridam fundauerunt manꝰ eius Venite adoremus et procidamus ante deum ploremus coraz domino qui fecit nos quia ipse est dominus deus noster nos autē populus eius et oues pascue eius. Aue maria Hodie si vocem eius audieritis nolite obdurare corda vestra sicut in exacerbatiōe

secundum diem tentationis in deserto Vbi tentauerunt me patres Vestri probauerunt et viderunt opera mea. Dominus tecum. Quadraginta ānis proximus fui generationi huic et dixi semper hi errant corde ipsi vero nō cognouerūt vias meas q̄b⁹ iurraui in ira mea si introibūt in requiē meā. Aue. Gloria patri et filio et spiritui sācto Sicut erat ī prīpio et nūc et sēper & in secula seculorū Amē. Dñs tecum. Aue maria

Quem terra pontus ethera colūt adorant predicant trinam regentē machinam claustrum marie baiulat cui luna sol & omnia deseruiunt per tempora perfusa celi gratia gestant puelle viscera. Beata mater munere cuius supernus artifex mundum pugillo continens Ventris sub archa clausus est Beata celi nūcio fecūda sancto spiritu desideratus gētibus cui⁹ per aluum fusus est. Gloria tibi dñe qui natus es de virgine cū patre et sācto spiritu ī sēpiterna secula Amē. ān. Benedicta tu. Psalmus

Domine dominus noster q̄ admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. Quoniam eleuata est magnifi/

centia tua super celos. Ex ore infantium
et lactentium perfecisti laudem propter ini
micos tuos Vt destruas inimicum et Vlto
rem. Quoniam videbo celos tuos opera di
gitorum tuorum lunam et stellas que tu
fundasti. Quid est homo quod memor es
eius aut filius hominis quoniam visitas
eum. Minuisti eum paulominus ab ange-
lis gloria et honore coronasti eum et consti
tuisti eam super opera manuum tuarum.
Omnia subiecisti sub pedibus eius oues et
boues Vniuersas insuper et pecora campi.
Volucres celi et pisces maris qui peram-
bulant semitas maris. Domine dominus
noster quam admirabile est nomen tuum in Vni
uersa terra. Gloria patri

Celi enarrant gloriam dei: et opera ma
nuum eius annunciat firmamentum
Dies diei eructat verbum et nox nocti in
dicat scientiam. Non sunt loquele neque ser
mones quorum non audiantur voces eorum.
In omnem terram exiuit sonus eorum et in fi
nes orbis terre verba eorum. In sole posu
it tabernaculum suum et ipse tanquam sponsus
procedens de thalamo suo. Exultauit Vt

gygas ad currendam viam a' summo celo egressio eius. Et occursus eius vsqz ad summum eius nec est qui se abscondat a calore eius. Lex domini immaculata conuertens animas testimonium domini fidele sapientiam prestans paruulis Iustitie domini recte letificantes corda precep-tum domini lucidum illuminans oculos. Timor domini sanctus permanet in seculum seculi iudicia domini vera iustificata in semetipsa Desiderabilia super aurum et lapidem precios[um] multum et dulciora super mel et fauum Etenim seruus tuus custodit ea in custodiendis illis retributio multa. Delicta quis intelligit ab occultis meis munda me et ab alienis parce seruo tuo. Si mei non fuerint dominati tunc immaculatus ero et emundabor a delicto maximo. Et erunt vt complaceant eloquia oris mei et meditatio cordis mei in conspectu tuo semper Domine adiutor meus et redemptor meus. Gloria patri.

Domini est terra et plenitudo eius orbis terrarum et vniuersi qui habitant in eo. Quia ipse super maria fun-

dauid eum et super flumina preparauit eum
Quis ascendet in montem domini aut
quis stabit in loco sancto eius Innocens
manibus et mundo corde qui non accepit in
vano animam suam nec iurauit in dolo
proximo suo. Hic accipiet benedictionem
a domino et misericordiam a deo salutari suo
Hec est generatio querentium eum querē
tium faciem dei iacob Attollite portas pri
cipes vestras et eleuamini porte eterne les
et introibit rex glorie Quis est iste rex glo
rie. dominus fortis et potens dominus po
tens in prelio Attollite portas principes
vestras et eleuamini porte eterne les et in
troibit rex glorie. Quis est iste rex glorie
dominus virtutum ipse est rex glorie Glo
ria ān. Benedicta tu in mulieribus et bene
dictus fructus ventris tui. ℣. Sancta
dei genitrix virgo semper maria. ℟.
Intercede pro nobis ad dominum deum no
strum. Pater noster. Et ne nos. Jube
domine benedicere. Alma virgo virginum
intercedat pro nobis ad dominum Amen
Sancta maria virgo virginum
mater et filia regis regum omni-

um tuum nobis impende ſolatium vt ce-
leſtis regni qui te mereamur habere premi
um et cum electis dei regnare ipetuum
Tu autem domine miſerere noſtri. ℟.
Hancta ⁊ immaculata Virginitas quibus
te laudibus efferam neſcio Quia quem ce-
li capere non poterāt tuo gremio contulisti
℣. Benedicta tu in mulieribus et benedict⁹
fructus Ventris tui. Quia quez celi. Jube
Dret mēte pia ,p nobis Virgo maria. amē
Hancta maria piarum piiſſima inter-
cede pro nobis ſanctarum ſanctiſſima
per te Virgo gloriosa noſtra ſumat precā-
mina qui pro nobis ex te natus regnat ſup
ethera vt ſua caritate noſtra deleantur pec
camina. Tu autem. ℟. Beata es maria
que dominum portaſti creatorem mundi.
Genuiſti qui te fecit et in eternum perma-
nes Virgo. ℣. Ave maria gratia plena
dominus tecum. Genuiſti. Jube domine.
Hāncta dei genitrix ſit nobis auxiliatrix.
Hancta dei genitrix que digne meru
iſti concipere quem totus orbis ne-
quiuit comprehendere tuo pio intetuentu
culpas noſtras ablue vt pethennis ſedem

glorie per te redempti ualeamus scandere
ubi manes cum filio tuo sine tempore.
Tu autē .M. Felix nanqz es sacra virgo
maria et omni laude dignissima. Quia ex
te ortus est sol iusticie christus deus noster
℣. Ora pro populo interueni pro clero in-
tercede pro deuoto femineo sexu. sentiant
omnes tuum leuamen quicunqz celebrant
tuam commemorationem. Quia ex te.
Gloria patri. Christe deus noster. Canticū

TE deum laudamus te dominum cō
fitemur te eternum patrem omnis
terra ueneratur. tibi omnes angeli tibi
celi et uniuerse potestates tibi cherubin
et seraphin incessabili uoce proclamant.
Sanctus sanctus sanctus dominus
deus sabaoth pleni sunt celi et terra ma
iestatis glorie tue te gloriosus apostolo
rum chorus te prophetarum laudabilis
numerus te martirū candidatus laudat
exercitus. te per orbem terrarum sancta
confitetur ecclesia patrem immense maie
statis uenerandum tuum uerum et unicū
filium sanctum quoqz paraclitum spi-
ritum tu rex glorie christe tu patris sē

piternus es filius Tu ad liberandū suscep
turus hominez non horruisti virginis Vte
ruz Tu deuicto mortis aculeo aperuisti cre
dentibus regna celorum Tu ad dexteram
dei sedes in gloria patris. Iudex credteris
esse Venturus Te ergo quesumus famulis
tuis subueni quos precioso sanguine rede-
misti Eterna fac cum sanctis tuis in glo-
ria numerari Saluum fac populum tuuz
domine et benedic hereditati tue. Et rege
cos et extolle illos Vsqz ineternum. Per
singulos dies benedicimus te Et laudam
nomen tuum in seculum et in seculum scli.
Dignare domine die isto sine peccato nos
custodire. Miserere nostri domine miserere
nostri Fiat misericordia tua domine super
nos quemadmodum speruimus in te In
te domine speraui non confundar ineternū
℣. Ora pro nobis sancta dei genitrix ℟.
Vt digni efficiamur promissionibus christi

Ad laudes

Deus in adiutorium meum intende. Domine ad adiuuandum me festina. Gloria patri et filio. ā. Ad admirabile

Dominus regnauit decorem indutus est indutus ē dominus fortitudinē & precinxit se Etenim firmauit orbem terre qui non commouebitur Parata sedes tua deus ex tunc a seculo tu es. Eleuauerunt flumina domine eleuauerunt flumina Vocem suam Eleuauerunt flumina fluctus suos a Vocibus aquarum multarum Mirabiles elationes maris mirabilis in altis dominus Testimonia tua credibilia facta sunt nimis domum tuam decet sanctitudo domine in longitudinem dierum. Psalm⁹

Jubilate deo omnis terra seruite domino ī leticia Introite in ꝯspectu ei⁹ in exultatione Scitote quoniam dominus ipse est deus ipse fecit nos et non ipsi nos. Populus eius & oues pascue eius introite portas eius in confessione atria eius in ymnis confitemini illi Laudate nomen eius quoniam suauis est dominus in eternum misericordia eius et Vsq; in generatione et generationem Veritas eius Gloria patri.

Deus deus meus ad te de luce vigilo
sitiuit in te anima mea q̄ multi-
pliciter tibi caro mea in terra deserta in-
uia et inaquosa sic in sancto appatui tibi
vt viderem virtutem tuam et gloriam tu
am Quoniam melior est misericordia tua
super vitas labia mea laudabunt te. Sic
benedicam te in vita mea et in nomine tuo
leuabo manus meas. Sicut adipe et pin-
guedine repleatur anima mea z labiis exul
tationis laudabit os meum. Si memor
fui tui super stratum meum in matutinis
meditabor in te quia fuisti adiutor meus.
Et in velamento alarum tuarum exul-
tabo adhesit anima mea post te me suscepit
dextera tua. Ipsi vero in vanum quesie-
runt animam meam introibūt in inferiora
terre tradētur in manus gladii partes vul
pium erunt Rex vero letabitur in deo lau
dabunt omnes qui iurant in eo quia obstru
ctum est os loquentium iniqua.

Deus misereatur nri et benedicat no-
bis illuīnet vultū suum sup nos et
misereat nri Ut cognoscam⁹ in tra viā tuā
in omnib⁹ gētib⁹ salutare tuū Confiteātur

tibi populi de⁹ confiteãtur tibi populi oẽs
Letentur et exultent gentes quoniam iu
dicas populos in equitate et gẽtes in terra
dirigis Confiteantur tibi populi deus cõ
fiteantur tibi populi omnes terra dedit fru
ctum suum Benedicat nos deus deus no⁹
ster benedicat nos deus et metuant eu⁹ om
nes fines terre Gloria: Canticum
Benedicite omnia opera domini dño
laudate et superexaltate eum in secu
la Benedicite angeli domini domino: bene
dicite celi domino Benedicite aque omnes
que super celos sunt domino: benedicite oẽs
virtutes domini domino Benedicite sol &
luna domino: benedicite stelle celi domino.
Benedicite ymber et ros domino: benedi⁹
cite omnis spiritus dei domino Benedicite
ignis et estus domino: benedicite frigus et
estas domino. Benedicite rores et pruina
domino: benedicite gelu et frigus domino.
Benedicite glacies & nives dño: benedicite
noctes et dies domino Benedicite lux & te
nebre dño: benedicite fulgura et nubes dño
Benedicat terra dñm laudet & superexaltet
eũ in secula Benedicite mõtes & colles dño:

benedicite Vniuersa germinantia in terra domino Benedicite fontes domino: benedicite maria et flumina domino Benedicite cete et omnia que mouentur in aquis dño: benedicite omnes Volucres celi dño. Benedicite omnes bestie & pecora domino benedicite filii hominum domino Benedicat israel dominum laudet et superexaltet eum in secula Benedicite sacerdotes domini domino benedicite sctui domini domino Benedicite spiritus & anime iustorum domino benedicite sancti et humiles corde domino. Benedicite anania azaria misael domino laudate et superexaltate eũ in secula Benedicamus patrem et filium cum sancto spiritu laudemus et superexaltemus eum in secula Benedictus es domine in firmamento celi et laudabilis et glorios⁹ et superexaltatus in secula. Amen

Laudate dominum de celis laudate eum in excelsis. Laudate eum omnes angeli eius laudate eum omnes Virtutes eius. Laudate eum sol et luna laudate eum omnes stelle et lumen. Laudate eum celi celorum et aque que super ce-

los sunt laudent nomẽ domini Quia ipe
dixit et facta sunt ipse mandauit et creata
sunt Statuit ea in eternum et in seculum
seculi preceptum posuit et non preteribit.
Laudate dominum de terra tracones: et
omnes abissi. Ignis grando niy glacies
spititus procellarum qui faciunt Verbum
ius Montes et omnes colles ligna fructi
fera et omnes cedri. Bestie et Vniuersa pe-
cora serpentes et omnes Volucres pennate.
Reges terre et omnes populi principes et
omnes iudices terrẽ Iuuenes et Virgines
senes cum iunioribus laudent nomen do-
mini quia exaltatus est nomen eius solius
Confessio eius super celum et terram et
et exaltauit cornu populi sui ymnus oĩ
bus sanctis eius filiis israel populo appro
pinquanti sibi.
Cantate domino canticum nouum
laus eius in ecclesia sanctorum Le
tetur israel in eo qui fecit eum et filie syon
exultent in rege suo Laudent nomen eius
in choro in tympano et psalterio psallant
ei Quia beneplacitum est domino in popu
lo suo: et exaltauit mansuetos in salutem.

Exultabunt sancti in gloria letabuntur in cubilibus suis. Exultationes dei in gutture eorum et gladii ancipites in manibus eorum. Ad faciendam vindictam in nationibus increpationes in populis. Ad alligandos reges eorum in cōpedibus et nobiles eorum in manicis ferreis Et faciant in eis iudicium conscriptum gloria hec est omnibus sanctis eius.

Laudate dominum in sanctis ei⁹ laudate eum in firmamento virtutis ei⁹ Laudate eum in virtutibus eius laudate eum secundu3 multitudinē magnitudinis eius Laudate eum in sono tube laudate eū in psalterio ⁊ cythara Laudate eū in tympano et choro laudate eū in cordis ⁊ organo Laud eū in cymbalis bn̄sonātib⁹ laudate eum in cymbalis iubilationis omīs spirit⁹ laudet dn̄3 Gloria. ā O admirabile cōmerciū creator generis humani animatū corp⁹ sumēs de virgine nasci dignat⁹ est et procedens homo sine semine largitus est nobis suam deitatem.

Capitulum

Maria ergo sēp letare q̄ meruisti xp̄3 portare celi ⁊ t̄re conditorē q̄r de tuo vtero

ꝓtulisti mundi saluatorem. Deo gratias

O Gloriosa domina excelsa supra sidera qui te creauit ꝓuide lactasti sacro vbere. Quod eua tristis abstulit tu reddis almo germine intrent vt astra flebiles celi fenestra facta es. Tu regis alti ianua ⁊ porta lucis fulgida vitam datam per virginē gentes redempte plaudite. Gloria tibi domine q̄ natus es de virgine cum patre ⁊ sācto spiritu in sempiterna secula. Amen. ℣. Elegit eam deus et preelegit eam. ℟. Et habitare eam facit in tabernaculo suo. ān.

O gloriosa Psalmus

Benedictus dominꝰ deus israel quia visitauit ⁊ fecit redemptionē plebis sue. Et erexit cornu salutis nobis in domo dauid pueri sui. Sicut locutus est per os sanctorum qui a seculo sunt prophetarum eius. Salutem ex inimicis nostris ⁊ de manu omnium qui oderunt nos. Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris et memorari testamenti sui sancti. Iusiurandum quod iurauit ad abraham patrem nostrum daturum se nobis. Vt sine timore de manu īimicorum nostrorum liberati ser

uiamus illi in sanctitate et iustitia coram
ipso omnibus diebus nostris. Et tu puer
propheta altissimi vocaberis prebis enim
ante faciem domini parare vias eius. Ad
dendam scientiam salutis plebi eius in re-
missionem peccatorum eorum per viscera
misericordie dei nostri in quibus visitauit
nos oriēs ex alto illuminare his q̄ in tene
bris & umbra mortis sedēt ad dirigēdos pe
des nostros in viaz pacis Gloria patri. ā.
O gloriosa dei genitrix virgo semper ma-
ria que dominum omniuz meruisti portare
& regem angelorū sola virgo lactare nostri
que sumus pia memorare et pro nobis chri-
stum deprecare vt tuis fulti patrociniis ad
celestia regna mereamur pueniri. Ostende
nobis domine misericordiam tuam. Et sa
lutare tuum da nobis. Oremus
Concede nos famulos tuos que sumꝰ
domine deus perpetua mentis et cor-
poris sanitate gaudere et gloriosa beate ma
rie semper virginis intercessione a presenti
liberari tristicia et eterna perfrui leticia.
Per christum dominum nostrum. Amen.
Benedicamus domino. Deo gratias.

Veni sancte spiritus repletuorum corda fi
delium et tui amoris in eis ignem accende.
℣. Emitte spiritum tuum & creabuntur. ℟
Et renouabis faciem terre. Oremus.
DEus qui corda fidelium sancti spiri
tus illustratione docuisti da nobis in
eodem spiritu recta sapere et de eius semper
consolatione gaudere. Per.

Libera nos salua nos iustifica nos o
beata trinitas Sit nomē domini benedictū
Ex hoc nunc et vsq; in seculum. Dō
OMnipotēs sempiterne deus qui dedisti
nobis famulis tuis cōfessione vere fi
dei eternę trinitatis gloriā agnoscere & i potē
tia maiestatis adorare vnitatē qs vt eius
dem fidei firmitate ab omnibus semper
muniamur aduersis. Qui

NOs autē gliari oportet
in cruce dñi nri ihesu xpi. ℣
Omnis terra adoret de
deus et psallat tibi. ℟
Psalmum dicat nomini
tuo domine. Oremus
DEus qui sanctam
crucem tuam ascen

disti ⁊ mundi tenebras illuminasti tu corda ⁊ corpora nr̄a ꝑ virtutē sācte crucis illuminare visitare ⁊ cōfortare dignare. Qui.

De sancto michaele

Michael archangele paradisi p̄posite veni ī adiutoriū pplō dei ℣. In cōspectu angelorū psallaz tibi. ℟. Aborabo ad tēplū sāctuz tuum et confitebor nomini tuo Oratio

Deus qui miro ordine angelorꝝ ministeria hominūqz dispēsas cōcede ꝓpici⁹ vt q̄b⁹ tibi ministrātib⁹ ī celo sēp assistit̄ ab his in terra vita nr̄ā muniat̄. Per dn̄m nostrum

De sācto iohāne baptista

Inter natos mulierum non surrexit maior iohanne baptista. ℣⁹. Fuit homo missus a deo. ℟. Cui nomē erat iohānes. Orō.

Perpetuis nos domine sancti iohannis baptiste tuere presi-

diis et quanto fragiliores sumus tanto magis necessariis attolle suffragiis. Per dominum nostrum iesum christum.

De sanctis petro et paulo

Petrus apostolus et paulus doctor gentiū ipsi nos docuerunt legem tuam domine. ℣. In omnem terrā exiuit sonus eorum ℟. Et in fines orbis terre verba eorum. Oratio.

Deus cuius dextera beatum petrum apostolum ambulantem in fluctibus ne mergeretur eripuit et coapostolum eius paulum tertio naufragantem de profundo pelagi liberauit respice propicius et concede vt āborū meritis eternitatis gl̄iaz cōsequamur

De sancto andrea

Andreas christi famulus dignus deo apostolus germanus petri et in passione socius. ℣. Dilexit andream dominus. ℟. In odorem suauitatis. Oratio

Maiestatem tuam domine suppliciter exoramus vt sicut ecclīe tue beatus

andreas apostolus extitit predicator et rector ita apud te sit pro nobis perpetuus intercessor. Per.

De sancto iohanne euangelista

Iste est iohannes qui supra pectus domini in cena recubuit beatus apostolus cui reuelata sunt secreta celestia ℣. Valde honorandus est beatus iohannes. ℟. Qui supra pectus dñi in cena recubuit. Oratio

Ecclesiam tuam quesumus dñe benigne illustra Vt beati iohannis apostoli tui et euangeliste illuminata doctrinis ad dona perueniat sempiterna. Per dominum.

De sancto laurentio

Laurentius bonus opus operatus est qui per signum crucis cecos illuminauit. ℣. Dispersit dedit pauperibus. ℟. Justicia eius manet in seculum seculi. Oratio

Ad nobis qs ops deus Vitiorum nostrorum flammas extinguere q beato laurentio martiri tuo tribuisti tormentorum suorum incendia superare. Per dominum.

De sancto stephano

Stephanus vidit celos aperto⁹ vidit et introiuit beatus homo cui celi patebunt. Gloria et honore coronasti eum domine. Et constituisti eum super opera manuum tuarum.

Oratio

Da nobis q̄s domine imitari quod colimꝰ vt discamꝰ ⁊ inimicos diligere qui eius cōmemorationē celebramus qui nouit etiam pro persecutoribus exorare dominum nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecum viuit et regnat

De sancto thoma

Tu per thome sanguinem quem pro te impendit fac nos christe scandere quo thomas ascendit. ℣. Gloria et honore. ℟. Et constituisti eum.

Oremus

Deus p̄ cuius ecclesia gloriosus martir ⁊ pontifex thomas gladiis impiorum accubuit presta quesumus vt omēs qui implorāt auxilium pie petitionis sue salutarē cōsequātur effectū. Per dñm nostrum.

De sancto nicolao.ã.

Beatus nicolaus ad huc puerulus multo ieiunio macerabat corpus. ℣ Ora ꝓ nobis beate nicolae. ℟. Ut digni efficiamur promissionibus xp̄i. orō

Deus qui beatuz nicolaum pontificem tuuz innumeris decorasti miraculis tribue nobis quesumus ut eius meritis ⁊ p̄cibus a gehēne īcēdis liberemur

De sancta maria magdalena

Maria ergo unxit pedes iesu et extersit capillis capitis sui et domus inpleta est ex odore unguenti. ℣. Dimissa sunt ei peccata multa. ℟. Quoniaz dilexit multum. Oratio

Argire nobis clemētissie pater quo sicut beata maria magdalena unigenitū tuū super oīa diligendo suorū obtinuit veniā peccaminum ita nobis apud misericordiā tuā

impetret beatitudinem. Per dominum.

De sancta Katherina.

Virgo sctā Katherina grecie gēma vrbe alexandrina costi regis erat filia Ora ꝓ nobis beata Katherina Vt digni efficiamur

Omp̄s sēpiterne deus q̄ gl̄iose v̄ginis ⁊ martiris tue Katherine corp⁹ i mōtē synay ab angelis deferri iussisti cōcede ꝓpici⁹ Vt ci⁹ obtētu nos ad arcē virtutū ꝓuehi vbi visionis tue claritatem mereamur intueri. Per dominū

De sancta margareta

Erat autē margareta ānoꝝ quīdecī cū ab īpio olibrio traderet̄ in carcerē. ℣. Specie tua ℟ Intēde prospere ꝓcede ⁊ regna. Orō

Deus qui beatā margaretam virginē ad celos per martirii palmam venire fecisti tribue q̄s vt eius exempla sequētes ad te peruenire mereamur. Per

Omēs sctī et electi dei nr̄i memoramī ante deum vt vr̄is precibꝫ adiuti mereamur vobis adiūgi. Letamini. Et gloriamini

Omnium sanctorum tuorum quesumꝰ domine intercessione placatus et Veniam nobis delictorum tribue et remedia sempiterna concede. Per eundem dominum nostrum iesum christum filium tuum.

De pace

Da pacem domine in diebus nostris quia non est alius qui pugnet pro nobis nisi tu deus noster. ℣. Domine fiat pax in Virtute tua. ℟. Et abundantia in turribus tuis

Oratio

Deus aquo sancta desideria recta consilia et iusta sunt opera da seruis tuis illam quam mundus dare non potest pacem Vt et corda nostra mandatis tuis dedita et hostium sublata formidine tempora sint tua protectione transquilla. Per dominum nostrum iesum christum filiū tuū.

Ad matutinas de cruce.

INRI



Domine labia mea aperies. Ut os meū annunciabit laudē tuā Deus in adiutorium meum intende Domine ad adiuuandū me festina Gloria patri Hymnus

Patris sapientia veritas diuina. Deus homo captꝰ est hora matutina A suis discipulis cito derelictus. A iudeis traditus venditus et afflictus. Adoramus te christe et benedicimus tibi. Quia per sanctam crucem tuā redemisti mūduz Oremꝰ

Domine iesu christe fili dei viui pone passionem crucem et mortem tuam inter iudicium tuū et animas nostras nūc et in hora mortis nostre et largiri digneris viuis misericordiam et gratiam defunctis requiem et veniam ecclesie tue sancte pacez et concordiam et nobis peccatoribus vitam et gloriam sempiternam. Qui cum patre et spiritu sancto viuis et regnas deus. Per

¶ Gloriosa passio dñi nostri eruat nos a dolore tristi et perducat nos ad gaudia paradisi. Amen.

Ad primam

Deus in adiutorium meum intende Dñe ad adiuuandum me festina Gloria patri. Sicut. Hymni creator spiritus mentes tuorum Visita iple supna gratia q̄ tu creasti pectora Demēto salutis auctor q̄ nūi quōdā corporis ex illibata Virgine nascēdo formā sūpseris Maria mater gratie mat̄ mie tu nos ab hoste ꝓtege ⁊ hora mortis suscipe Gloria tibi dñe qui natus es de Virgine cū patre et sancto spiritu in sēpiterna secula. Amen. ān. Admirabile. Psalmus Deus in nomine tuo saluum me fac et in Veritate tua iudica me Deus exaudi orationem meam auribus percipe Verba oris mei Quoniam alieni insurrexerūt aduersum me et fortes quesierunt animam meam et non proposuerunt deum ante conspectum suum Ecce enī deus adiuuat me ⁊ dominus susceptor est anime mee Auerte mala inimicis meis ⁊ in Veritate tua dispersos illos Voluntarie sacrificabo tibi et confitebor nomini tuo dñe quoniam bonum est Quoniā ex omī tribulatiōe eripuisti me et sup̄ inimicos meos despexit oculus meus.

Laudate dominum omnes gentes laudate eum omnes populi Quoniam confirmata est super nos misericordia eius et Veritas domini manet in eternum Gloria patri Sicut erat Psalmus

Confitemini domino quoniam bonꝰ quoniam in seculum misericordia eiꝰ Dicat nūc israel quoniam bonus quoniā in seculum misericordia eius. Dicat nunc domus aaron quoniam in seculum misericordia eius Dicant nunc qui timent dominum quoniam in seculum misericordia eiꝰ. De tribulatione invocaui dominum et exaudiuit me in latitudine dominus Dominus michi adiutor non timebo quid faciat michi homo Dominus michi adiutor et ego despiciam inimicos meos Bonum est confidere in domino q̄ cōfidere in homine Bonum est sperare in domino q̄ sperare in prīcipibus Omnes gentes circuierūt me et in nomine dñi quia Vltus sum in eos Circūdantes circūdederūt me et in nomine domini qꝛ Vltus sum in eos Circūdederunt me sicut apes et exarserūt me sicut ignis ī spinis et ī nomie dñi qꝛ Vltus sū in eos. Impulsus

euersus sum vt caderem et dominus suscepit me. Fortitudo mea et laus mea dñs et factus est michi in salutē Vox exultationis et salutis in tabernaculis iustorū Dextera domini fecit virtutem dextera domini exaltauit me dextera domini fecit virtutē Non moriar sed viuā et narrabo opera domini Castigans castigauit me dñs et morti non tradidit me Aperite michi portas iusticie ingressus in eas confitebor domino hec porta domini iusti intrabūt in eam Confitebor tibi domine qm exaudisti me et factus es michi in salutem Lapidem quem reprobauerunt edificātes hic factus est in caput anguli A domino factum est istud et est mirabile in oculis nostris Hec est dies quā fecit dominus exultemus et letemur in ea. O domine saluū me fac o domine bene prosperare benedictus qui venit in nomine domini Benedixim⁹ vobis de domo dñi deus dñs et illuxit nobis Constituite diē solēnem in cōdensis Vsq ad cornu altaris Deus meus es tu et cōfitebor tibi deus meus es tu et exaltabo te Cōfitebor tibi dñe qm exaudisti me et factus es michi in salutē Con

fitemini domino qm̄ bonus quoniā in sclm̄
mīa eius Glīa. O admirabile cōmercium
creator generis humani aīatum corpus su-
mens de virgine nasci dignatus est et ꝓce-
dēs homo sine semine largit⁹ est nobis suā
deitatem. Capitulum.

In oībus requiem quesiui et ī heredi-
tate domini morabor. Tūc precepit
ꝛ dixit michi creator omnium ꝛ qui creauit
me requieuit ī tabernaculo meo. Deo grās
Aue maria gratia plena dn̄s tecum. Aue.
Benedicta tu in mulierib⁹ ꝛ bn̄dict⁹ fruct⁹
ventris tui. Dn̄s tecum. Glīa patri. Aue
maria. Sancta dei genitrix virgo semper
maria. Intercede pro nobis ad dominū deū
nostrum. Dn̄e exaudi Et clamor. Oratio
Concede nos famulos.

Deus in adiutorium meum intende.
Domine ad adiuuandum me fe-
stina Gloria patri sicut erat.

Hora prima duct⁹ est iesus ad pilatū
Falsis testimoniis multū accusatū
In collo percutiūt manib⁹ ligatū. Vultuz
dei conspuūt lumē celi gratū. Adoramus te
Dn̄e iesu. Vt supra Ad tertiam

GLORIA
IN·EXCELSIS·DEO·
ET·IN·TERRA·P

Deus in adiutorium meum inte
de Dñe ad adiuuãdũ me festina
Gloria patri ⁊ filio et spiritui sctõ
sicut erat in principio et nũc ⁊ sẽp
et in secula seculorum. Amen Veni creator
ãn. Quando natus Psalmus.
Dominum cũ tribulater clamaui
⁊ exaudiuit me. Domine libera aiam
meam a labiis iniquis et a lingua dolosa.
Quid detur tibi aut quid apponat tibi ad
linguam dolosam Sagitte potẽtes acute
cum carbonibus desolatoriis Heu michi q
incolatus meus prolongatus est habitaui
cum habitantibus cedar multũ incola fuit
anima mea. um his qui odetunt pacem
eram pacificus cum loquebar illis impu-
gnabant me gratis
Leuaui oculos meos in montes Vnde
veniet auxilium michi Auxilium
meum a domino qui fecit celum et terram
on det in commotionem pedem tuum
neq; dormitet qui custodit te Ecce non dor
mitabit neq; dormiet qui custodit israel.
Dominus custodit te dominus protectio
tua super manũ dexteram tuam Per diem

sol non vret te neqz luna per noctem. Dominus custodit te ab omni malo custodiat animam tuam dominus. Dominus custodiat introitum tuum et exitum tuū ex hoc nunc et vsqz in seculum.

Letatus sum in his que dicta sunt mihi in domum domini ibimus. Stantes erant pedes nostri in atriis tuis iherusalem. Iherusalem que edificatur vt ciuitas cuius participatio eius in idipsum. Illuc enim ascenderunt tribꝰ tribus domini testimonium israel ad confitendum nomini domini. Quia illic sederunt sedes in iudicio sedes super domum dauid. Rogate que ad pacem sunt iherusalem et abundantia diligentibus te. Fiat pax in virtute tua et abundantia in turribus tuis. Propter fratres meos et proximos meos loquebar pacem de te. Propter domum domini dei nostri quesiui bona tibi. Gloria patri et filio et spiritui sancto. Sicut erat in principio. ꝛc. ān. Quando natus es ineffabiliter ex virgine tunc ipletę sunt scripture sicut pluuia in vellus descendisti vt saluum faceres genus humanum te laudamus deus noster.

AB initio et ante secula creata sum et
Vsqz ad futurum seculum non desi-
nam et in habitatione sancta coram ipso mi
nistraui. Deo gratias. ℟. Sancta dei geni
trix Virgo semper maria. Sancta. Inter-
cede pro nobis ad dominum deum nostrum
Virgo. Gloria. Sancta. ℣. Post partum
Virgo inuiolata permansisti. ℟. Dei geni-
trix intercede pro nobis. Domine exaudi
orationem meam. Et clamor meus ad te
veniat. Oratio

Concede nos famulos. Vt supra.

Deus in adiutorium meum intende.
Domine ad adiuuandum me festi-
na Gloria patri Sicut erat

Crucifige clamitant hora tertiarum.
Illusus induitur veste purpuratū
Caput eius pungitur corona spinarum.
Crucem portat humeris ad locum penatū
℣. Adoramus te christe. Oratio. Domine
iesu christe.

Ad septam

Deus in adiutorium meuz inten
de Dñe ad adiuuanduz me festi
na Gloria patri Sicut. Hy⁹
Veni creator spiritus mentes tuoruz
visita īple supna gratia q̄ tu creasti
pectora Memēto salutis auctor q̄ nr̄i quō-
dā corporis ex illibata virgine nascēdo for
mā sūpseris Maria mater gratie mat̄ mie
tu nos ab hoste ꝓtege ⁊ hora mortis suscipe
Gloria tibi dñe qui natus es de virgine cū
patre et sancto spiritu in sēpiterna secula.
Amen. Rubum Psalmus
Ad te leuaui oculos meos qui habi-
tas in celis Ecce sicut oculi seruorū
in manibus dominoruz suorū Sicut oculi
ancille in manibus domine sue ita oculi no
stri ad dominum deum nostrum donec mise
reatur nostri Miserere nostri domine mise
rere nostri quia multum repleti sumus des-
pectione Quia multum repleta est anima
nostra opprobrium abundantibus et despec
tio snperbis. Gloria patri
Nisi quia dñs erat in nobis dicat nunc
israel nisi qr dñs erat ī nobis Cū exur
gerēt homīes ī nos forte viuos deglutissēt

nos. Cum irasceretur furor eorum in nos forsitan aqua absorbuisset nos Torrentē pertransiuit anima nostra forsitan pertransisset anima nostra aquam intolerabilem Benedictus dominus qui non dedit nos in captione dentibus eorum. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo Venantiuz laqueus contritus est & nos liberati sumꝰ Adiutorium nostruz in nomine dñi qui fecit celum et terram

Qui confidunt in domino sicut mōs Syon non commouebitur in eternum qui habitat in hierusalē Montes in circuitu eius et dominus in circuitu populi sui ex hoc nunc et usqz in seculum Quia non relinquet dominus virgam peccatorum super sortem iustorum Vt non extendant iusti ad iniquitatem manus suas Bene fac domine bonis et rectis corde. Declinantes autem in obligationes adducet dominus cum operantibus iniquitatem pax super israel.

Gloria patri Sicut erat. ān Rubum quē viderat moyses incombustum conseruatā agnouimus tuam laudabilē virginitatez dei genitrix intercede pro nobis. Capitulū

Et ſit in ſyon firmata ſum et in ciui
tate ſanctificata ſimiliter requeui ⁊
in iheruſalem poteſtas mea. Deo gratias.
℣. Poſt partum virgo inuiolata permanſiſti. Poſt partum. Dei genitrix intercede
pro nobis. Inuiolata. Gloria patri. Poſt
partum virgo inuiolata permanſiſti Speciosa facta es ⁊ ſuauis. In delicijs tuis ſanc
ta dei genitrix. Domine exaudi oratione⁊
meam. Et clamor meus ad te veniat. Dñs
Concede nos famulos. ⁊c.
℣. Deus in adiutorium meum intende.
℟. Domine ad adiuuandum me feſtina Gloria patri Sicut erat
Hora ſexta ieſus eſt cruci conclauatus Atq⁊ cum latronibus pendens deputatus. Pre tormentis ſitiens felle ſaturatus. Agnus crimen diluit ſic ludificatus.
Adoramus te chriſte et benedicimus tibi.
Quia per ſanctam crucem tuam redemiſti mundum.
Domine ieſu chriſte. Vt ſupra.

Ad nonam.

Deus in adiutorium meum inte
de Domine ad adiuuandum me
festina Gloria patri et filio et
spiritui sancto Sicut erat in pri
cipio et nunc et semper et in secula seculorū
Amen. Ue ni creator spiritus mentes tuo-
rum visita imple superna gratia que tu cre
asti pectora Kemento .ā. Herminauit
Nconuertendo dominus captiuitatē
syon: facti sumꝰ sicut consolati Tūc
repletum est gaudium os nostrum & lingua
nostra exultatione Tunc dicent inter gen-
tes magnificauit dominus facere cum eis.
Magnificauit dominus facere nobiscum:
facti sumus letantes. Conuertere domine
captiuitatem nostram: sicut torrens in au-
stro Qui seminant in lacrimis: in exulta-
tione metent Euntes ibant et flebant: mit
tentes semina sua Uenientes autem veni
ent cum exultatione: portātes manipulos
suos Gloria patri Sicut erat
Nisi dominus edificauerit domum: in
vanum laborauerunt qui edificant
eam Nisi dominus custodierit ciuitatem:
frustra vigilat qui custodit eam Uanum

est vobis ante lucem surgere surgite postq̄
sederitis qui manducatis panem doloris.
Cum dederit dilectis suis somnum ecce he
reditas domini filii merces fructus vētris
Sicut sagitte in manu potētis ita filii ex
cussorum Beatus vir qui impleuit deside
rium suum ex ipsis non confundetur cum
loquetur inimicis suis in porta Gloria pa
tri et filio Sicut erat in principio
Beati omnes qui timent dominum:
qui ambulant in viis eius Labores
manuum tuarum quia manducabis beat⁹
es ⁊ bene tibi erit Uxor tua sicut vitis ha
bundans in lateribus domus tue Filii tui
sicut nouelle oliuarum in circuitu mense tue
Ecce sic benedicetur homo qui timet dn̄m
Benedicat tibi dominus ex syon et vide
as bona iherusalem omnibus diebus vite
tue Et videas filios filiorum tuorum pa
cem super israel Gloria patri et filio et spi
ritui sancto Sicut erat in principio et. ān.
Germinauit radix iesse orta est stella ex
iacob virgo peperit saluatorez te laudam⁹
deus noster. Capitulum
Et radicaui in populo honorificato

et in partes dei mei hereditas illius et in plenitudine sanctorum detentio mea. Deo gratias. ℟. Speciosa facta es et suauis. Speciosa. In deliciis tuis sancta dei genitrix. Et suauis. Gloria patri et filio et spiritui sancto. Speciosa facta. ℣. Dignare me laudare te Virgo sacrata. Da mihi virtutem contra hostes tuos. Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat

Oremus

Concede nos famulos tuos. Vt supra

Deus in adiutorium meum intende. Domine ad adiuuandū me festina. Gloria patri et filio et spiritui sancto. Sicut erat in principio et nunc et semper et in secula seculorum Amen.

Hora nona dominus iesus expirauit Heli clamans animam patri cōmēdauit. Latus eius lancea miles perforauit Terra tunc contremuit et sol obscurauit. ℣. Adoramus te christe et benedicimus tibi Domine iesu christe. Vt supra

Ad Vesperas

Deus in adiutorium meum intende. Domine ad adiuuandum me festina. Gloria patri et filio et spiritui sancto. Sicut erat in principio et nunc et semper. amen. Post partum etatus sum in his que dicta sunt michi. Ad te leuaui oculos meos qui habitas. Nisi quia dominus erat in nobis dicat. Qui confidunt in domino sicut mons. In conuertendo dominus captiuitatem. vt supra. a. Post partum virgo inuiolata permansisti dei genitrix intercede pro nobis. cpz

Beata es virgo maria que dominum portasti creatorem mundi genuisti qui te fecit et in eternum permanes virgo. Deo gratias.

Hymnus

Ave maris stella dei mater alma atq; semper virgo felix celi porta. Sumens illud ave gabrielis ore funda nos in pace mutans nomen eue. Solue vincla reis profer lumen cecis mala nostra pelle bona cuncta posce monstrare esse matrem sumat per te preces qui pro nobis natus tulit esse tuus. Virgo singularis inter omnes mitis nos culpis solutos mites fac et castos

Vitam presta putam iter para tutum Vt videntes iesum semper colletemur. Sit laus deo patri summo christo decus spiritui sancto trinus honor vnus Amen. ℣. Diffusa est gratia in labiis tuis. ℟. Propterea benedixit te deus in etetnum. ā. Sācta maria

MAgnificat anima mea dominū. Et exultauit spiritus meus in deo salutari meo. Quia respexit humilitatem ancille sue ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes Quia fecit michi magna qui potens est et sanctum nomen eius Et misericordia eius a progenie in progenies timentibus eum. Fecit potentiam in brachio suo dispersit superbos mente cordis sui Deposuit potentes de sede et exaltauit humiles Esurientes impleuit bonis et diuites dimisit inanes Suscepit israel puerū suum recordatus misericordie sue Sicut locutus est ad patres nostros abraham et semini eius in secula Gloria patri et filio et spiritui sancto. Sicut erat in principio et nunc et semper et in secula seculorum. amē ā. Sancta maria succurre miseris iuua pusillanimes refoue flebiles ora pro populo

interueni pro clero intercede pro deuoto femineo sexu. Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat. orō

Concede nos famulos tuos quesumus domine deus perpetua mentis et corporis salute gaudere et gloriosa beate marie semper virginis intercessione a presenti libertari tristicia et etna perfrui leticia. Per

Deus in adiutorium meum intende. Domine ad adiuuandum me festina. Gloria patri et filio et spiritui sancto sicut erat in principio et nunc et semper et in secula seculorum Amen

De cruce deponitur hora vespertina. Fortitudo latuit in mente diuina. Talem mortem subiit vite medicina. Heu corona glorie iacuit spina. ℣. Adoramus te christe et benedicimus tibi. ℟. Quia per sanctam crucem tuam redemisti mundum. orō Domine iesu christe. Vt supra

Ad complectorium



Conuerte nos deus salutaris noster Et auerte iram tuã a nobis
Deus in adiutorium meum intende Domine ad adiuuandum me festina
Gloria patri et filio et spiritui sancto.
Sicut erat in principio et nunc et semper et in secula seculorum. Amen. ãn. Cum iocunditate. Psalmus.
Usququo domine obliuisceris me in finem Usququo auertis faciem tuam a me Quandiu ponam consilia in anima mea dolorem in corde meo per diem Usququo exaltabitur inimicus meus super me respice et exaudi me domine deus meus Illumina oculos meos ne unq̃ obdormiam in morte nequando dicat inimicus meus preualui aduersus eum Qui tribulant me exultabunt si motus fuero ego autem in misericordia tua speraui Exultabit cor meum in salutari tuo cantabo domino qui bona tribuit michi et psallam nomini domini altissimi. Gloria patri
Iudica me deus et discerne causam meam de gente non sancta ab homine iniquo et doloso erue me Quia tu es deus

fortitudo mea quare me repulisti et quare tristis incedo dum affligit me inimicus.

Emitte lucem tuam et veritatem tuam ipsa me deduxerunt et adduxerunt in montem sanctum tuum et in tabernacula tua.

Et introibo ad altare dei ad deum qui letificat iuuentutem meam. Confitebor tibi in cythara deus deus meus quare tristis es anima mea et quare conturbas me. Spera in deo quoniam adhuc confitebor illi salutare vultus mei et deus meus.

Sepe expugnauerunt me a iuuentute mea dicat nunc israel. Sepe expugnauerunt me a iuuentute mea etenim non potuerunt michi Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores prolongauerunt iniquitatem suam Dominus iustus concidet cervices peccatorum confundantur et conuertantur retrorsum omnes qui oderunt syon fiant sicut fenū tectorum quod priusq; euellatur exaruit. De quo non impleuit manum suam qui metet et sinum suum qui manipulos colliget. Et non dixerunt qui pretetibant benedictio domini super vos benedicimus vobis in nomine domini.

Domine non est exaltatum cor meum neqz elati sunt oculi mei. Neqz ambulaui in magnis neqz in mirabilibus super me. Si non humiliter sentiebaz sed exaltaui animam meam Sicut ablactatus est super matre sua ita retributio in anima mea. Spere israel in domino ex hoc nunc et vsqz in seculum. Gloria patri. ān. Cum iocunditate memoriam beate marie celebremꝰ vt ipsa p nobis incedat ad minum deum nostrum Capitulum

Sicut cynamomum et balsamum aromatizans odorez dedi quasi mirra electa dedi suauitatem odoris. Deo gratias. Hymnus Virgo singularis Vitaz prefta puram Sit laus deo patri summo. ℣. Elegit eam deus et preelegit eam. Et habitare eam facit in tabernaculo suo. ān. Glorificamus

Nunc dimittis seruum tuum domine secundum verbum tuum in pace. Quia viderunt oculi mei salutare tuum quod parasti ante faciem omnium populorum. Lumen ad reuelationem gentium et gloriam plebis tue israel.

Gloria. ān. Glorificamus te dei genitrix
quia ex te natus est christus salua nos om
nes qui te glorificant Domine exaudi ora
tionem meam. Et clamor. Oratio
Oratiaz tuam quesumus domine mē
tibus nostris infunde Vt qui angelo
nunciante christi filii tui incarnationem co
gnouimus per passionem eius z crucem ad
resurrectionis gloriam perducamur. Per eū
dem christum dominum nostrum. Amen.
Benedicamus domino. Deo gratias
Deus in adiutorium meum intende
Ora completorii datur sepulture.
Corpus christi nobile spes Vite fu
ture. Conditur aromate complentur scrip
ture. Jugi sic mēoria mors hec michi cure.
℣ Adoramꝰ te Domine iesu christe Vt supra
Ad horas canonicas cum deuotione.
Tibi christe tecolo pia ratione Vt si
cut tu passus es penas in agone Sic labor
cōsonans consors sim corone Canticum
Salue regina misericordie Vita dulce
do et spes nostra salue ad te clamamꝰ
exules filii eue ad te suspiramus gementes
et flentes in hac lachrimarum Valle. Eya

ergo aduocata nostra illos tuos misericor
des oculos ad nos conuerte ⁊ iesum benedi
ctum fructum ventris tui. Nobis post hoc
exilium ostende. O clemens. O pia. O
dulcis maria.

Virgo mater ecclesie eterne porta glorie
esto nobis refugium apud patrem et filium
O clemens Virgo clemens virgo pia vir
go dulcis. O maria exaudi preces oīz ad te
pie clamantium. O pia Funde preces tuo
nato crucifixo vulnerato ⁊ ꝓ nobis flagel
lato spinis puncto felle portato. O dulcis
Gloriosa dei mat̄ cui⁹ nat⁹ extat pater ora
ꝓ nobis omībus q̄ tuā memoriā agim⁹. O
maria Vele culpas miseroꝝ terge sordes pec
catoꝝ dona nobis beatoꝝ vitā tuis p̄cib⁹.
O mitis Et nos soluat a peccatis ꝓ amo
re sue matris et ad regnum claritatis. O
pia. O dulcis. O mitis maria salue. ℣⁹
Aue maria gratia plena dominus tecum.
Benedicta tu in mulieribus et benedictus
fructus ventris tui. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus qui glo
riose virginis et matris marie cor
pus et animam vt dignum filii tui habita

culum effici mereretur spiritu sancto coope-
rante mirabiliter preparasti da vt cuius cō
memoratiōe letamur eius pia intercessione
ab instantibus malis et a morte perpetua
liberemur. Per dominum nostrum iesum
christum filium tuum. Qui viuis

Gaude virgo mater christi que per au-
rez concepisti gabrielis nuncio Gau
de quia deo plena peperisti sine pena cum
pudoris lilio. Gaude quia tui nati quem
dolebas mortem pati fulget resurrectio.
Gaude christo ascendente et in celum te
vidente motu fertur proprio Gaude quod
post ipsum scandis et est honor tibi grandis
in celi palatio Tibi fructus ventris tui per
te detur nobis frui in perhenni gandio. ℣.
Benedicta es a filio tuo domina Quia per
te fructum vite communicauimus. Orō

Deus qui beatissimam virginem ma
riam in conceptu ⁊ partu virginitate
seruata duplici gaudio letificasti quiqz ei⁹
gaudia filio tuo resurgente et ad celos ascē
dente multiplicasti presta quesumus vt ad
illud ineffabile gaudium quo assumpta te
cum gaudet in celo eius meritis et interces

sione valeamus peruenire. Per dominum nostrum iesum christum

Gaude flore virginali honoreq̄ speciali transcendens splendiferum/ angelorum principatum sanctorum decoratum dignitate numerum. Gaude sponsa cara dei/ nam vt clara lux diei solis datur lumine. sic tu facis orbem ite tue facis resplendere lucet plenitudine. Gaude splendens vas virtutum cuius pendens est ad nutū tota celi curia. Te benignam et felicem iheſu dignam genitricem venerāsin gloria Gaude nexu caritatis ꝛ amplexu dignitatis iuncta sit altissimo. vt ad votū conse quaris quicquid virgo postulatis a iesu dulcissimo Gaude mater miserorum quia pater seculorum dabit te colentibus congruentem hic mercedez ꝛ felicez celi sedē regnis i celestibus Gaude virgo mater christi tu q̄ sola meruisti o virgo piissima esse tāte dignitatis vt sis sancte trinitatis sessione ꝓpima Gaude virgo mater pura certa manens et secura quod hec tua gaudia/ non cessabunt nec decrescent/ sed durabunt et florescent per eterna secula. Amen

O sponsa sancta et humilis virgo pul
chertima maria mater dei electa esto michi
via recta ad eterna gaudia vbi pax est et
gloria et me semper aure pia exaudi virgo
maria. ℣. Exaltata es sancta dei genitrix.
℟. Super choros angelorum ad celestia re
gna.

Oremus

Dulcissime domine iesu christe fili dei
viui qui beatissimam gloriosissimā
humilem benignaz et pulchertimam vir-
ginem mariam matrem tuam piissimam p
petuis et felicibus gaudiis tecuz in celo co
ronataz letificasti concede propicio vt eius
meritis gloriosis et precibus continuis sa
lutem et prosperitatem mentis et corporis
cum gaudio et alacritate et habundantiaz
omnium bonorum spiritualium et corpora
lium consequamur in hoc seculo pie et iuste
et benigne viuamus et post transitum hu
ius seculi ad gaudia eterna feliciter perue-
nire valeamus. Qui viuis et regnas cum
deo patre et spiritu sancto. Per omnia

Stella celi extirpauit que lactauit
dominum. Mortis pestem quam plā
tauit primus parens hominum.

Ipsa stella nunc dignetur sydera conpescere.

Quorum bella plebem cedunt dire mortis vlcere o gloriosa stella maris a peste succurre nobis

Audi nos nam filius tuus nichil negãs te honorat

Saluanos iesu pro quibus virgo mater te orat. ℣. Ora p nobis sancta dei genitrix ℟. Vt digni efficiamur promissionibus christi. Oremus

DEus misericordie deus pietatis deus indulgentie qui misertus es super afflictionem populi et dixisti angelo percutienti populum tuum sufficit nunc contine manum tuam ob amorem illius stelle gl̃iose cuius vbera preciosa contra venenum delictorum nostrorum q̃ dulciter suxisti presta auxilium gratie tue vt ab omni peste et improuisa morte secure liberemur et a totius perditionis incursu liberemur. Per te iesu christe saluator mundi rex glorie. Qui cum deo patre viuis et regnas deus. Per omnia

Hore compassionis beate marie

Ad matutinas

Matris cor virgineum trina totum tri
uit. Quando suum filium nocte cap
tum sciuit. Ductum ad pretorium mane eū
audiuit. Frequens dans suspirium sepe si-
gultiuit. Te laudamus et rogamus mat̄
iesu christi. Vt intendas et defendas nos a
morte tristi. Oremus

Omine sancte iesu fili dulcis virgi
nis marie qui pro nobis mortez in cru
ce tolleraſti fac nobiscum misericordiaz tu
am et da nobis et cunctis compassionez tue
sancte matris deuote recolētibus eius amo
re huius vitam in presenti gratiosaz et tua
pietate gloriam in futuro sempiternaz In
qui viuis et regnas.

Trenosa compassio dulcissime matris
perduc at nos ad gaudia summi celi patris

Ora prima videns domina flagella
tum. Suum vnigenitum turpiter
tractatum. Colaphis ⁊ alapis sputo defor
matum. Manus torquens grauiter tuit i-
ploratum. Te. Vt intendas. Vt supra.
Oremus Omine iesu christe Ad terciā

Idens virgo virginum hora tercia
tum Caput punctum filii corona spi

natum. Crucem fert scapulis ad loca pena
rum. Heu dolore sternitur luto plateatum.
Te. Vt intendas. Oratio. Domine san-
cte iesu. Ad septam

Hora septa respicit mater suum natū
Vstituz vulneribus in cruce leuatū
Inter fures positum felleqz potatum. Il
la secum cencies reddit eiulatum. Te. Vt
intendas. Orem⁹ Oñe sctē iesu. Ad nonaz.

Hora nona flebilis cernit expirantez
Patri dando spiritum eloy clamantem
Militē cum lancea latus perforātem.
Cadit tunc in extasim dolor sternit stātē.
Te. Vt intendas. Ora Oñe Ad vesperas

De cruce depositum hora vesperatuz
Mater cum aspiceret eius natum ra
tum. Osculans āplectitur pignus celi c la
tum. Corpus eius madidat stillis lacrima
tum. Te laudamus. Vt intēdas. Oratio
Domine sancte iesu Ad complectoriuz

Hora completorii mater properatur.
Vt lugeret filium vbi tumulatur.
Nec vult hinc recedere sed ibi moratur vsqz
dum ad filium tandem exaltatur. Er-
go mater miserie miserere mittis. Pro

quibus cōpateris presso batro vitis. Nos a
peste funeris salua fuga ditis. Ac iūge nos
ceteris vita redimitis. Te laudamus Ut
Aintendas. Oremus. Dñe sācte iesu
Ve verum corpus natum de maria
virgine. Vere passum immolatum in cruce
pro homine. Cuius latus perforatuz vnda
fluxit sanguine. Esto nobis pregustatum
mortis in examine. O dulcis. O pie. O
iesu fili marie.

Ave iesu christe verbum patris filius
virginis Agnus dei sal⁹ mūdi hostia
sacra verbū/caro fōs pietatis Aue iesu xp̄e
laus angelorū visio pacis/deitas integra/
verus homo/fōs ⁊ fruct⁹ virginis matris
Aue iesu christe splēdor patris prīceps pacis
ianua celi panis viu⁹ virginis partus vas
deitatis ¶ Aue iesu christe lumen celi preci
um mundi gaudium nostrum Angelorum
panis cordis iubilus rex et sponsus virgi-
nitatis Aue iesu christe via dulcis veri-
tas summa premium nostrum/ caritas
vera/ fons amoris/pax dulcedo/ vita per-
hennis Dñe sanctissimuz et preciosissimū
corpus christi qui in ara crucis ꝓ mūdi salu

te positum corde credo ore confiteor hostiaz
veram/hostiam putā/hostiam sanctaz ho
stiam immaculatā ataz deo placentem pa
nem sanctum vite eterne/et calicem salu-
tis perpetue. Adoro te in spiritu et veritate
ie su pie/ie su bone/ie su mei miserere. Te igi
t ut deus togo. Vt sicut hic te video presen-
tē in forma panis et vini sic etiam meream
te videre in gloria maiestatis tue securus
et gaudens in sclā sclōrum. Amen.

O Domine ie su xpe qui hāc sacratissimā
carnē tuā de gloriose vgis marie ve
ro assūpsisti ⁊ hūc preciosū sanguinem tuū
de sacratissimo latere tuo pro salute nostra
i ara crucis effudisti et ī hac gliosa carne a
morte resurrexisti et ad celos ascēdisti ⁊ ite
rum venturus es iudicare vivos et mor-
tuos ī eadē carne libera nos per hoc sacro sā
ctū corp⁹ tuū quod modo in altari tractaī
ab oībus peccatis ⁊ īmundiciis mētis ⁊ cor
poris et ab vniuersis malis ⁊ piculis nunc
et in eternum. Amen

Incipiunt septem psalmi penitentiales
ān. Ne reminiscaris

Domine ne in furore tuo arguas me: neq; in ira tua corripias me. Miserere mei domine quoniam infirmus sum sana me domine quoniam conturbata sunt ossa mea. Et anima mea turbata est valde sed tu domine usq; quo conuertere domine et cripe animam meam: saluum me fac propter misericordiam tuam. Quoniam nō est in morte qui memor sit tui in īferno aūt quis confitebitur tibi. Laboraui in gemitu meo lauabo per singulas noctes lectum meum lacrimis meis stratum meum rigabo. Turbatus est a furore oculus meus inueteraui inter omnes inimicos meos. Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem quoniam exaudiuit dominus vocem fletus mei. exaudiuit dominus deprecationem meam dominus orationem meam suscepit. Erubescant et conturbentur vehementer omnes inimici mei conuertantur et erubescant valde velociter. Gloria

Beati quorum remisse sunt iniquitates et quorum tecta sunt peccata. Beatus vir cui non imputauit dominus peccatū nec est in spū eius dolus. Quoniam tacui in

uetetauetunt ossa mea dum clamatem tota
die. Quã die ac nocte grauata es supet me
manus tua conuersus sum in erumna mea
dum configitur spina Delictũ meum cogni
tum tibi feci et iniusticiam meam nõ absco
di Dixi confitebor aduersum me iniusticiã
meam domino et tu remisisti ipietatez pctĩ
mei ro hac orabit ad te ois sanctus in tẽ
pore oportuno. Ueruntamen in diluuio a
quarũ multarum ad eum non approxima
bunt Tu es refugium meuz a tribulatio
ne que circundedit me exultatio mea etue
me acircundantibus me Intellectum tibi
dabo et instruam te in Via hac qua gradie-
ris firmabo super te oculos meos. Nolite
fieri sicut equus et mulus quibus non est in
tellectus in chamo et freno maxillas eo
rum cõstringe q nõ approximãt ad te Mul
ta flagella pctõris sperantem autẽ in dño
mia circundabit Letamini in dño et exul
tate iusti et gloriamini omnes recti corde.
Gloria patri Sicut erat Psalm.
Domine ne in furore tuo arguas me:
Neq in ira tua corripias me Sa
gitte tue infixe sunt michi et cõfirmasti sup

super me manum tuaz Non est sanitas in
carne mea a facie ire tue nō est pax ossibus
meis a facie peccatorum meoruz Quoniā
iniquitates mee supergresse sunt caput meū
et sicut onꝰ graue grauate sunt sup me Pu
truerunt ⁊ corrupte sunt cicatrices mee a fa
cie insipientie mee Miser factꝰ sū et curuatꝰ
sū vsqz in finē tota die contristatus ingre-
diebar Quoniā lūbi mei impleti sunt illu-
sionibus et nō est sanitas in carne mea Af
flictus sū et humiliatus sum nimis rugie-
bam a gemitu cordis mei Oñe ante te omē
desideriū meū et gemitus meus a te non est
absconditus Cor meū cōturbatuz est dere-
liquit me virtus mea ⁊ lumen oculoꝝ meo
ruz et ipsū non est mecū Amici mei et ꝓxi
mi mei aduersū me appropīquauerūt et ste-
terunt Et qui iuxta me erāt de longe ste-
terūt et vim faciebāt qui querebāt animaz
meam. Et qui inquirebant mala michi lo
cuti sunt vanitates et dolos tota die medi-
tabantur Ego autem tanq̄ surdus non au
diebam et sicut mutus non aperiens os suū
Et factus sū sicut homo nō audiēs ⁊ non
habēs in ore suo redargutiones Qm̄ in te

domine speraui tu exaudies me domīe deus meus Quia dixi nequādo supergaudeant michi inimici mei et dum commouētur pedes mei super me magna locuti sunt Quōm ego in flagella paratus sum & dolor meus in conspectu meo semper Quoniam iniquitatem meā annunciabo et cogitabo pro peccato meo Inimici autem mei Viuunt & cōfirmati sunt super me multiplicati sūt qui odetunt me iniquo Qui retribuunt mala pro bonis detrahebant michi quoniaz sequebar bonitatem Ne derelinquas me dñe deus meus ne discesseris a me Intende in adiutoriū meum domine deus salutis mee. Gloria patri. Psalmus

Miserere mei deus secundum magnam misericordiam tuā Et secundū multitudinem miserationū tuarū dele iniquitatem meam Amplius laua me ab iniquitate mea et a peccato meo mūda me Quoniam iniquitatē meā ego cognosco et peccatū meum contra me est semper Tibi soli peccaui & malum coram te feci Vt iustificeris in sermonib⁹ tuis & vincas cū iudicaris Ecce enī in iniquitatib⁹ cōceptus sū & in pctis cōcepit

me mater mea Ecce enim veritatē dilexisti
incerta & occulta sapientie tue manifestasti
michi Asperges me domine ysopo et mun-
dabor lauabis me et super niuem dealbabor
Auditui meo dabis gaudium et leticiam
et exultabūt ossa humiliata Auerte faciē
tuā a peccatis meis & oēs iniquitates meas
dele Cor mundū crea in me deus spm rectum
innoua in visceribz meis Ne proiicias me
a facie tua et spiritum sanctum tuū ne aufe
tas a me Redde michi leticiā salutaris tui
et spiritu principali cōfirma me Docebo ini
quos vias tuas et impii ad te conuertentur
Libera me de sanguinibz de⁹ deus salutis
mee et exultabit lingua mea iusticiā tuam
Domine labia mea aperies et os meum an
nunciabit laudem tuam Quoniam si voluisses
sacrificiū dedissem vtiq; holocaustis non de
lectaberis Sacrificium deo spiritus contri-
bulatus cor contritum et humiliatum de⁹
non despicies Benigne fac domine in bona
voluntate tua syon vt edificentur muri hie
rusalem tunc acceptabis sacrificium iusti-
cie oblationes et holocausta tūc imponēt super
altare tuum Vitulos Gloria. Psalmus

Domine exaudi orationē meaz et cla
mor meus ad te veniat. Non auer-
tas faciem tuam a me in quacunqz die tri-
bulor inclina ad me aurem tuaz. In qua
cunqz die invocauero te velociter exaudi
me Quia defecerūt sicut fumꝰ dies mei et
ossa mea sicut cremiū aruerunt Percussus
sū vt fenuz et aruit cor meū quia oblitus sū
comedere panem meū A voce gemitus mei
adhesit os meum carni mee Similis factꝰ
sum pellicano solitudinis et factus sum si-
cut nicticorax in domicilio vigilaui et fa
ctus sū sicut passer solitarius in tecto To
ta die exprobrabāt michi inimici mei et qui
laudabant me aduersuz me iurabāt Quia
cyneres tanqꝫ panem manducabam et potuz
meum cum fletu miscebā A facie ire indi
gnationis tue qꝛ eleuās allisisti me. Dies
mei sicut vmbra declinauerūt et ego sicut fe
num aruiTu autem dñe in eternuz permā
nes et memoriale tuum in generatione et ge
nerationem Tu exurgens domine misere-
beris syon quia tempus miserādi eius quia
venit tēpus Quꝫ placuerūt seruis tuis la
pides eiꝰ et terre eius miserebūt Et timebūt

gentes nomen tuum domine et omnes re-
ges terre gloriam tuam. Quia edificauit
dominus syon et videbitur in gloria sua.
Respexit in oratione humilium et non
sprevit precem eorum Scribantur hec in ge-
neratione altera et populus qui creabitur
laudabit dominum Quia prospexit de ex-
celso sancto suo dñs de celo in terrā aspexit
Ut audiret gemitus cōpeditorū Vt solue
ret filios interēptorū Ut annūciāt in syon
nomen domini et laudem ei⁹ in iherusalem
In cōueniendo populos inunum te reges
Vt seruiant domino. Respondit ei in via
virtutis sue paucitatem dierum meorum
nuncia michi et reuocesme in dimidio die
rum meorum in generatione ⁊ generationē
anni tui. Initio tu domine terram funda
sti et opera manuum tuarum sunt celi.
Ipsi petibunt tu autem permanes et om
nes sicut vestimentum veteraścent. Et
sicut opertorium mutabis eos et mutabun
tur tu autem idem ipse es ⁊ anni tui nō defi
cient Filii seruorum tuorum habitabūt ⁊
semen eorum in seculum dirigetur Gloria
patri sicut erat Psalmus

De profundis clamaui ad te domine:
domine exaudi vocem meam fiant
aures tue intendentes in vocem deprecatio
nis mee Si iniquitates obseruaueris domi
ne domine quis sustinebit Quia apud te p
piciatio est et propter legem tuam sustinui
te domine sustinuit anima mea in verbo
eius speravit anima mea in domino. A cu-
stodia matutina vsq; ad noctē speret israel
in domino Quia apud dominum misericor
dia et copiosa apud eum redemptio Et ip
se redimet israel ex omnibus iniquitatibus
eius Gloria patri Psalmus
Domine exaudi orōnem meaz auribz
pcipe obsecrationē meā i veritate tua
exaudi me in tua iusticia Et nō intres in
iudiciū cū seruo tuo q; nō iustificabit i con
spectu tuo omnis viuēs Quia p̄secut⁹ est
inimicus aiaz meā humiliauit in terra vitā
meaz collocauit me in obscuris sicut mor
tuos seculi Et anxiatus est sup me spūs me⁹
in me turbatū est cor meū Memor fui dieruz
antiquorū meditatus sum in oībus operib⁹
tuis et in factis manuuz tuarū medi tabar.
Expandi manus meas ad te aīa mea sicut

ra sine aqua tibi Velociter exaudi me dñe
defecit spūs me⁹ Non auertas faciem tuā
a me & similis ero descendentibz in lacu Fa
ditā fac michi mane miaz tuā qz in te spaui
Notā fac michi viā in qua ābulē qz ad te
leuaui aiaz meā Eripe me de ĩimicis meis
dñe ad te cōfugi doce me facere voluntatē tu
az qz de⁹ meus es tu Spūstu⁹ bon⁹ deducet
me in terrā rectam ꝓpter nomē tuuz dñe vi
uificabis me in equitate tua Educes de tri
bulatione animā meaz & ī mia tua dispdes
oēs ĩimicos meos & pdes oēs q tribulant
aiaz meā qm ego seruus tu⁹ suz Gloria. ān.
Ne teminiscaris dñe delicta nra vel parēt ū
nostroꝝ neqz vindictā sumas de pctis nris
Parce dñe parce pplō tuo quē redemisti p̄cio
so sāguine tuo ne in eternū iratscaris nobis.
Ad dominum cum tribularet. Vt su
pra Leuaui oculos meos Letatus
Ad te leuaui Nisi quia dñs erat Qui cō
fidunt in conuertendo dñs Nisi dñs edi
ficauerit Beati omēs qui timēt dñz Sepe
expugnauerunt Te profūdis clamaui ad
te domine domine exaudi vocem meam.
Fiant aures Dñe nō est exaltatum.

MEmento domine dauid et omnis mā
ſuetudinis eius. Sicut iurauit domi
no votum vouit deo iacob. Si introiero
in tabernaculum domus mee ſi aſcendero ī
lectum ſtrati mei ſi dedero ſomnum ocu/
lis meis et palpebris meis dormitationem
Et requiem temporibus meis donec inue
niam locum domino tabernaculum deo ia:
cob. Ecce audiuimus eam in effrata inue:
nimus eam in campis ſiluē. Introibim⁹
in tabernaculum eius adorabimus in loco
vbi ſteterunt pedes eius ur ge domine ī
requiem tuam tu et archa ſanctificationis
tue. Sacerdotes tui induantur iuſticiā et
ſancti tui exultent Propter dauid ſeruum
tuum non aduertas faciem chriſti tui Iu
rauit dominus dauid veritatem et non fru
ſtrabitur eum de fructu ventris tui ponaz
ſuper ſedem tuam ſi cuſtodierint filii tui
teſtamentuz meum et teſtimonia mea hec
que docebo eos. Et filii eorum vſqz in ſe:
culum ſedebunt ſuper ſedem tuaz Quoniā
elegit dominus ſyon elegit eam in habita:
tionem ſibi Hec requies mea in ſeculum ſe
culi hic habitabo qm elegi eā Cibuam ei⁹

benedicens benedicam pauperes eius satu-
rabo panibus Sacerdotes eius induam sa
lutari et sancti eius exultatione exultabūt
Illuc producam cornu dauid paraui lu-
cernā christo meo Inimicos eius induā cō
fusione super ipsum aūt efflorebit sanctifi-
catio mea.

Ecce q̄ bonum et q̄ iocundum habita
re fratres in vnum Sicut vnguen
tum in capite quod descendit in barbam bar
bam aaron Quod descendit in oram vesti
menti eius sicut ros hermon qui descendit ī
montem syon Quoniaz illic mandauit do
minus benedictionē et vitam vsqz in sclm.

Ecce nūc benedicite dominum oēs ser
ui domini Qui statis in domo dñi in
atriis domus dei nostri In noctibus extol
lite manus vestras i sctā et benedicite dñz
Benedicat te dñs ex syon qui fecit celū et
terram Gloria.ā. Ne reminiscaris
Kyrie eleyson Christe eleyson Kyrie ele-
yson Christe audi nos Pater de ce
lis deꝰ miserere nobis. Fili redemptor mūdi
deꝰ miserere nobis Spūs sctē deꝰ miserē no
bis Sctā trinitas vnꝰ deꝰ miserere nobis.

Sancta maria. Ora pro nobis
Sancta dei genitrix ora
Sancta Virgo Virginum ora
Sancte michael ora
Sancte gabriel ora
Sancte raphael ora
Omnes sancti angeli et archangeli dei.
Orate pro nobis
Omnes scti beatorū spīuum ordines. orate
Sancte iohannes baptista ora
Omnes sancti patriarche et prophete. orate
Sancte petre ora
Sancte paule ora
Sancte andrea ora
Sancte iohannes ora
Sancte iacobe ora
Sancte thoma ora
Sancte philippe Ora pro nobis
Sancte iacobe ora
Sancte mathee ora
Sancte bartholomee ora
Sancte symon ora
Sancte thadee ora
Sancte mathia Ora pro nobis
Sancte barnaba. ora

ancte marce ora
ancte luca ora
mēs sancti apli et euangeliste dei. orate
mnes sancti discipuli domini orat
mnes sancti innocentes orat
ancte stephane ora
ancte line. ora
ancte clete ora
ancte clemens ora
ancte fabiane ora
ancte sebastiane Ora pro nobis
ancte cosma ora
ancte damiane ora
ancte feliciane ora
ancte georgi ora
ancte christofore ora
ancte victor cū sociis tuis. orate
ancte dyonisi cū sociis tuis. orate
mnes sancti martires orate
ancte siluester. ora
ancte leo ora
ancte iheronime ora
ancte augustine ora
ancte iuliane ora
ancte gildarde ora

ancte medarde ora
ancte albine ora
ancte eusebi ora
ancte Vvithime. ora
ancte birine ora
mēs sancti cōfessores orate
mēs sancti monachi ⁊ heremite. orate
ancta maria magdalena. ora
ancta maria egiptiaca ora
ancta katherina ora
ancta margareta ora
ancta scolastica ora
ancta petronilla ora
ancta prayedis ora
ancta sotheris ora
ancta prisca ora
ancta tecla ora
ancta affra ora
ancta editha. ora
mēs sctē Virgines et Vidue orate
mnes sancti et sancte orate
Propicius esto. Parce nobis domine.
Ab omni malo Libera nos domine.
Ab insidiis dyaboli. libera nos domine.
dānatione perpetua. li Ab immine nti-

bus peccatorum nostrorum periculis.libe
Ab infestationibus demonum.libera nos
spiritu fornicationis.libera. Ab appe-
titu inanis glorie.li. A omni imundicia
mentis et corporis.li Ab ira et odio et om-
ni mala voluntate.li Ab immundis cogi
tationibus.li ccitate cordis.libe ful-
gure et tempestate.li subitanea et impro
uisa morte.li lingua dolosa.libera et
misterium sancte incarnationis tue.l et
natiuitatem tuam.li et sanctaz circūci-
sionem tuam.li er baptismū tuum.libe.
et ieiunium tuum.li et crucem ꝛ pas
sionem tuam.li et preciosā mortē tuaz.
li et gloriosam resurrectionē tuaz.libe
et admirabilem ascensionē tuā.li er
gratiam sancti spiritus paracliti.l in ho
ra mortis succurre nobis domine in die iu
dicii.li. Peccatores. Te rogamus audi
nos. t pacem nobis dones.te roga. t
misericordia et pietas tua nos custodiat.te
t eccleſiam tuā regere et defensare digne
tis.te t dōnum apostolicum et oēs gra-
dus eccleſie in sancta religione conseruare
digneris.te rogamus t regi nostro ꝛ prin

cipibus nostris pacem et veram concordiã
atqz victoriam donare digneris.te Ut epi
scopos et abbates nostros et omnes congre
gationes illis commissas in sancta religio
ne conseruare digneris.te. Ut congregatio-
nes omnium sanctorum in tuo sancto ſerui
tio conseruare digneris. te rogamus. Ut
cunctum populum christianum precioso ſa
guine tuo redemptum conseruare digneris.
te Ut omnibus benefactoribus nostris ſe-
piterna bona retribuas.te Ut animas no/
stras et parentum nostrorum ab eterna dã
natione eripias.te Ut fructus terre dare c
conseruare digneris.te Ut oculos miseri-
cordie tue super nos reducere digneris.t Ut
obsequium seruitutis nostre rationabile fa
cias.te Ut mentes nostras ad celestia de-
deria erigas.te. Ut miserias pauperum et
captiuorum intueri et releuare digneris.te
Ut omnibus fidelibus viuis ac defunctis
requiem eternam concedas.te. Ut nos ex-
audire digneris.te Hili dei.te.iu Agnus
dei qui tollis peccata mundi exaudi nos do
mine Agnus dei qui tollis peccata mundi
parce nobis domine Agnus dei qui tollis

peccata mundi miserere nobis. Kyrie eleyson
Christe eleyson. Kyrie eleyson. Pater no-
ster. Et ne nos. Sed libera nos. Ostende no
bis domine misericordiam tuam. Et salu-
tare tuum da nobis. Et veniat super nos
misericordia tua domine. Salutare tuum
secundum eloquium tuum. Peccauimus
cum patribus nostris. Iniuste egimus ini-
quitatem fecimus. Domine non secundum
peccata nostra facias nobis. Neqz secundū
iniquitates nostras retribuas nobis. Ore-
mus pro omni gradu ecclesie. Sacerdotes
tui induantur iusticiam et sancti tui exul
tent. Pro fratribus et sororibus nostris.
Saluos fac seruos tuos et ancillas tuas
deus meus sperantes in te. Oremus pro
cuncto populo christiano. Saluum fac po
pulū tuū domine et benedic hereditati tue
et rege eos et extolle illos Usqz ineternuz
Dñe fiat pax in virtute tua. Et habun-
dantia in turribus tuis. Domine famulo-
rum famularumqz tuarum requiescant in
pace Amen. Dñe exaudi. Et clamor. Drō
Deus cui proprium est misereri sem-
per et parcere suscipe deprecationez

nostram Vt quos delictorum cathena constringit miseratio tue pietatis absoluat.

Per dominum. Oratio

Omnipotens sempiterne deus qui facis mirabilia magna solus prætende super famulos tuos et super cūctas congregationes illis cōmissas spm gratie salutis et Vt veritate tibi cōplaceant perpetuuz eis rorē tue benedictionis infunde. Oremus.

Deus qui caritatis dona p gratiā sancti spiritꝰ tuoꝝ cordibz fideliū infundis da famulis ⁊ famulabz tuis p qbz tuā deprecamur clementiā salutē mētis ⁊ corporis Vt te tota virtute diligant ⁊ q̄ tibi placita sunt tota dilectione perficiant. Oratio.

Deus a quo sācta. Vt supra. Alia collecta

Ineffabilē miam tuam q̄s dñe clemēter ostende Vt simul nos ⁊ a peccatis omnibus exuas et a penis quas pro his meremur benignus eripias

Fidelium deus omnium conditor ⁊ redemptor animabꝰ omniū fideliū defūctoꝝ remissionez cūctorum tribue peccatoꝝ Vt indulgentiā quam semper optauerunt piis supplicationibꝰ consequantur. Qui cū

deo patre et spiritu sancto viuis et regnas deus Per omnia Oremus

Oclemetate tua quesumus domine nostrorum solue vincula omnium delictorum et intercedente beata & gloriosa semperq; virgine dei genittice maria cum omnibus sanctis tuis nos famulos tuos et omnem populum catholicum in omni sanctitate custodi omnesq; consanguinitate ac familiaritate vel confessione et oratione nobis iunctos et omnes christianos a vicijs purga virtutibus illustra. Pacem et salutem etetnam nobis tribue hostes visibiles et in visibiles remoue pestem et famē repelle amicis et inimicis nostris caritatem largire et omnibus fidelibus viuis ac defunctis in terra viuentium vitam et requiem etetnam concede. Per eumdem christum dominum nostrum. Amen

Incipiunt vigilie mortuorum
ān. Placebo.

Dilexi quoniam exaudiet dominus vocem orationis mee. Quia inclinauit aurem suam michi et in diebus meis inuocabo. Circumdederunt me dolores mortis et pericula inferni inuenerunt me. Tribulationez et dolorem inueni et nomen domini inuocaui. O domine libera animam meam misericors dominus et iustus et deus noster miseretur. Custodiens paruulos dominus humiliatus sum et liberauit me. Conuertere anima mea in requiem tuam quia dominus benefecit tibi. Quia eripuit animam meam de morte oculos meos a lachrimis pedes meos a lapsu. Placebo dño in regione viuorum. Requiem eternã dona eis dñe et lux perpetua luceat eis. ãn. Placebo dño in regione viuorum. ãn. Heu me. ps. Ad dñm cum tribularet. ã. Heu me quia icolat⁹ me⁹ prolõgatus est. ã. Dñs custodit. ps. Leuaui oculos. ãn Dñs custodit te ab oi malo custodiat aiaz tuã dñs. ã Si iniquitates. ps De profũdis clamaui ad te domine. Vt supra. ãn. Si iniquitates obseruaueris domine domine quis sustinebit. ãn. Opera Psalmus.

Confitebor tibi domine in toto corde meo quoniam audisti verba oris mei in conspectu angelorum psallam tibi adorabo ad templum sanctum tuum & confitebor nomini tuo super misericordia tua & veritate tua quoniam magnificasti super omne nomen sanctum tuum In qua cunqz die invocavero te exaudi me multiplicabis in anima mea virtute Confiteantur tibi domine omnes reges terre quia audierunt omnia verba oris tui Et cantent in viis domini quoniam magna est gloria domini Quoniam excelsus dominus & humilia respicit et alta a longe cognoscit Si ambulavero in medio tribulationis vivificabis me et super iram inimicorum meorum extendisti manum tuam et salvum me fecit dextera tua Dominus retribuet pro me domine misericordia tua in seculum opera manuum tuarum ne despicias. Antiphona Opera manuum tuarum ne despicias domine. ℣. A porta inferi. Erue domine animas eorum. ℟. Audivi. Magnificat. Audivi vocem de celo dicentem beati mortui qui in domino moriuntur Kyrie eleyson. Christe eleyson Kyrie eleyson. Pater noster

Lauda anima mea dominum laudabo dominum in vita mea psallam deo meo quo

diu fuero. Nolite confidere in principibus
nec in filiis hominū in quibus nō est salus
Exibit spiritus eius & reuertetur in terrā
suam in illa die peribūt omnes cogitatiōes
eorum. Beatus cuius deus iacob adiutor
eius spes eius in dño deo ipsius qui fecit ce
lum et terrā mare et omia que in eis sunt.
Qui custodit veritatē in seculum facit iu
dicium iniuriam pacientibus dat escam esu
rientibus Dñs soluit cōpeditos dominus
illuminat cecos Dñs erigit elisos dñs diri
git iustos Dñs custodit aduenas pupillū
et viduā suscipiet et vias peccatorum disp
det. Regnabit dñs in secula deus tuus sy
on in generatione et generationem Requi
em eternam dona eis domine et lux ppetua
luceat eis A porta inferi. Erue dñe aias
eorū. Credo videre bona dñi In tra viuētiū
Dñe exaudi. Et clamor Dremus
Deus cui pprium est misereri et par-
cere te supplices deprecamur pro ani-
ma famuli tui. N. quam hodie de hoc secu-
lo migrare iussisti vt nō tradas eam in ma
nꝰ inimici nec obliuiscaris finē sed iubeas il
lā ab āgelis suscipi atq; ad regionē viuorū

perduci ⁊ qꝛ in te sperauit ⁊ credidit sãctorũ tuoꝝ mereat̃ societate letari. Per. Oratio.

DEus cui ꝓpriuz est misereri sẽper et parcere propiciare animabz famuloꝝ famularũqz tuarũ et omnia eoruz peccata dimit te vt mortis viculis absoluti trãsire mereantur ad vitam. Per xp̃z Oratio.

DEus indulgentiarum dñe da anime famuli tui vel famule tue. N. cuius anniuersarium depositionis diem commemorauimus refrigerii sedem quietis beatitudinem luminis claritatem. Per.

DEus qui inter apostolicos sacerdotes famulos tuos pontificali dignitate cẽseri fecisti p̃sta q̃s vt quoꝝ vitã ad horã gerebant in terris eorum perpetuo cõsortio letentur in celis. Oratio

DEus venie largitor ⁊ huãne salutis amator q̃s clemẽtiã tuã vt nostrarũ cõgregationũ fratres ⁊ sorores q̃ ex hoc seculo trãsierũt ĩtercedẽte beata maria sẽp ꝟgine ⁊ beato michaele archãgelo cũ oĩbz sctis ad perpetue beatitudinis consortium peruenire concedas Oratio

FIdelium deus omnium conditor et

redemptor animabus famulorum famularum qz tuarū remissionē cūctorū tribue peccatorū Vt indulgētiā quā sēper optauerūt piis supplicationib⁹ cōsequāt Qui cuz deo patre. Per Dirige Psalmus

Cetba mea auribus percipe dñe intellige clamorē meū Intēde Voci orationis mee rex meus et deus meus. Quia ad te orabo dñe mane exaudies Vocē meā Mane astabo tibi et Videbo quoniā nō deus Volens iniquitatē tu es. neqz habitabit iuxta te malignus neqz permanebunt iniusti ante oculos tuos Odisti oēs qui operātur iniquitatem perdes omnes qui loquuntur mendacium Virum sanguinum et dolosum abhominabitur dominus ego autem in multitudine misericordie tue. Introibo in domum tuam adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo. Domine deduc me in iusticia tua propter inimicos meos dirige in conspectu tuo Viam meam Quoniam non est in ore eorum Veritas cor eorum Vanum est. Sepulcrum patens est guttur eorum linguis suis dolose agebant iudica illos deus. Decidant a cogitationibus suis secun

dum multitudinem impietatem eorum ex
pelle eos quoniam irritauerunt te domine
Et letentur omnes qui sperant in te in e-
ternum exultabunt et habitabis in eis Et
gloriabuntur in te omnes qui diligunt no-
men tuum quoniaz tu benedices iusto. Do
mine Vt scuto bone Voluntatis tue corona
sti nos. ān. Dirige domine deus meus in co
spectu tuo Viam meam. ā. Conuertere. ps.
Domine ne in furore. i. ān. Conuertere do-
mine et eripe ānimam meam qm̄ non est in
morte qui memor sit tui. ā. Ne quando
Domine deus meus in te speraui sal-
uū me fac ex omnibus persequētib⁹
me et libera me Ne quando rapiat Vt leo
aiam meā dū non est qui redimat neqz qui
saluū faciat Die deus meus si feci istud si
est iniquitas in manibus meis Si reddidi
retribuentibus michi mala decidam merito
ab inimicis meis inanis Persequatur ini-
micus aiam meam et cōprehendat et cōcul-
cet in terra Vitā meam et gliam meā in pul
uere deducat Exurge dñe in ira tua et ex-
altare in finibus inimicorū meorū Et ex-
urge dñe deus me⁹ in pcepto quod mādasti

et synagoga populorũ circũdabit te. Et ꝓ
pter hanc in altuz regredere dñs iudicat po
pulos Iudica me dñe secundum iusticiaz
meam et secundum innocentiaz meam sup
me Consumetur nequitia peccatorum et di
riges iustum scrutans corda et renes deus.
Iustum adiutorium meum a domino qui
saluos facit rectos corde Deus iudex iust⁹
fortis et patiens nunquid irascitur per sin-
gulos dies Nisi conuersi fueritis gladiuz
suum vibrauit arcum suum tetendit et pa
rauit illum Et in eo parauit vasa mortis
sagittas suas ardentibus effecit Ecce par
turit iniusticiam concepit dolorez ⁊ peperit
iniquitatem Lacum apperuit ⁊ effodit eũ
et incidit in foueam quam fecit Conuer-
tetur dolor eius in caput eius et in vertice
ipsius iniquitas eius descendet. Confite-
bor dño secundũ iusticiam ei⁹ et psallaz no
mini dñi altissimi. ã. Ne qñ rapiat vt leo
aĩaz meã dum nõ est qui redimat neqz q̃ sal
uum faciat. ℣. A porta inferi. ℟. Erue dñe
aĩas eorum. Pater nr̃. Et ne. Lec. prima
Parce michi domine nichil enim sunt
dies mei. Quid est homo quia ma/

gnificas eum aut quid apponis erga eum cor tuum? Visitas eum diluculo et subito probas illum. Vsqzquo non parcis michi nec dimittis me vt glutiam saliuam meā Peccaui. Quid faciam tibi o custos hominum? Quare posuisti me contrarium tibi et factus sum michimetipsi grauis? Cur non tollis peccatum meum ⁊ quare non aufers iniquitatem meam? Ecce nunc in puluere dormio ⁊ si mane me quesieris non subsistam. ℟. Credo q̄ redemptor meus viuit et in nouissimo die de terra surrecturus suz Et in carne mea videbo deum saluatorem meum. ℣. Quem visurus sum egoipse et non alius ⁊ oculi mei conspecturi sunt. Et in carne mea. Lectio. ii.

Tedet aīam meam vite mee dimittā aduersum me eloquiū meuz. Loquar in amaritudine aīe mee dicam deo. Noli me condēnare. Indica michi cur me ita iudices Nūquid bonū tibi videtur si calumnieeris ⁊ opprimas me opus manuuz tuarū et cōsiliū impiorū adiuues? Nūquid oculi carnei tibi sūt aut sicut videt homo ⁊ tu videbis? Nūquid sicut dies hoīs dies tui et anni tui

sicut humana sunt tempora: Ut quetas in iquitatem meam et peccatum meum scrutetis. Et scias quia nichil impium feceris cui sit nemo qui de manu tua possit eruere. ℟. Qui lazarum resuscitasti a monumento fetidum. Tu eis domine dona requiem et locum indulgentie. ℣. Qui venturus es iudicare vivos et mortuos et seculum per ignē Tu eis domine. Lec. iii.

MAnus tue dñe fecerunt me et plasmauerūt me totum in circuitu & sic repēte precipitas me. Memēto queso q̄ sicut lutū feceris me & in puluerē reduces me. Nōne sicut lac mulsisti me et sicut caseū mē coagulasti: Pelle et carnibus vestisti me ossibus et neruis compegisti me. Vitā et mīam tribuisti michi et visitatio tua custodiuit spm meū. ℟. Dñe quādo venetis iudicare terrā vbi me abscōdā a vultu ire tue. Quia peccaui nīs in vita mea. ℣. Cōmissa mea pauesco & āte te erubesco dū venetis iudicare noli me cōdemnare. Quia. ān. In loco. ps. Dñs regit me & nichil michi deerit in loco pascue ibi me collocauit up aquām refectōis educauit me aīam meā cōuertit eduxi

me super semittas iusticie propter nomē su
um Nam et si ambulauero in medio vm-
bre mortis non timebo mala quoniaz tu me
cum es Virga tua ⁊ baculus tuus ipsa me
consolata sunt. Parasti in conspectu meo
mensam aduersus eos qui tribulant me.
Impīguasti in oleo caput meum et calix
meus inebrians q̄ preclarus e st Et miseri
cordia tua subsequetur me omnibus diebus
vite mee Et vt inhabitez in domo domini
in longitudinem dierum Requiem. ā. In
loco pascue ibi me collocauit. ā. Delicta
Ad te dñe leuaui animā meam deus
meus in te confido non erubescā Ne
qz irrideant me inimici mei etenim vniuersi
qui sustinēt te nō cōfundētur Cōfundātur
oēs iniqua agētes superuacue Vias tuas
dñe de mōstra michi ⁊ semitas tuas edoce me
Dirige me in veritate tua ⁊ doce me quia
tu es deus saluator meus ⁊ te sustinui tota
die Reminiscere miserationū tuarū dñe, et
misericordiarum tuaruz que a seculo sunt
Delicta iuuētutis mee ⁊ ignorātias meas
ne memineris Secūdū mīam tuam memē
to mei tu propter bonitatem tuam domine

Dulcis et rectus dominus propter hoc le-
gem dabit delinquentibus in Via Dirriget
mansuetos in iudicio docebit mites Vias
suas Vniuerse Vie domini misericordia et
Veritas requirentibus testamentum eius &
testimonia eius Propter nomen tuum do-
mine propiciaberis peccato meo multuz est
enim Quis est homo qui timet dominum
legem statuit ei in Via quam elegit Ania
eius in bonis demorabitur et semen eius he
reditabit terram Firmamentum est domi
nus timentibus eum et testamentum ipsi9
Vt manifestetur illis. Oculi mei semper
ad dominum qm ipse euellet de laqueo pe-
des meos Respice in me et miserere mei qr
Vnicus et pauper sum ego Tribulationes
cordis mei multiplicate sunt de necessitati-
bus meis erue me Vide humilitatem meã
et laborem meũ et dimitte Vniuersa delicta
mea Respice inimicos meos quoniam mul
tiplicati sunt et odio iniquo oderũt me Cu
stodi animam meam et erue me non erube-
scam qm speraui in te. Innocẽtes et recti
adheserunt michi quia sustinui te Libera
deus israel ex oĩbus tribulationibus suis.

ā. Delicta iuuentutis mee et ignorantias meas ne memineris dñe. ān. Credo.

Dominus illuminatio mea et salus mea quez timebo Dñs protector vite mee a quo trepidabo Dum appropiant sup me nocētes Vt edāt carnes meas Qui tribulāt me īimici mei ipsi īfirmati sūt ꝛ ceciderūt Si cōsistāt aduersū me castra nō timebit cor meū Si exurgat aduersū me preliū i hoc ego sperabo Unā pecii a dño hanc teqtem Vt inhabitē in domo domini oībz diebꝰ vite mee Vt videā voluntatē domini ꝛ visitē templū eius Qō abscōdit in me tabernaculo suo in die malorum protexit me in abscondito tabernaculi sui In petra exaltauit me et nunc exaltauit caput meum sup inimicos meos Circuiui ꝛ immolaui in tabernaculo eius hostiam vocifratio/nis cantabo et psalmum dicam domino. Exaudi dñe vocez meam qua clamaui ad te miserere mei et exaudi me. Tibi dixi cor meum exquisiuit te facies mea faciem tuam domine requiremꝫ ne auertas faciem tuā a me ne declines īira a seruo tuo Adiutor meus esto dñe ne derelinquas me neqz

despicias me deꝰ salutaris meus Qm̄ pat̄
meus ⁊ mater mea dereliquerūt me dn̄s aūt
assumpsit me Legē pone michi dn̄e in via
tua ⁊ dirige me i semita recta ꝓpter īimicos
meos Ne tradideris me in aīas tribulātiū
me qm̄ insurrexerūt in me testes īiqui ⁊ mē
tita est iniquitas sibi Credo videre bona
dn̄i in terra viuentiū Expecta dominum
viriliter age et confortetur cor tuum et su
stine dn̄m. ā. Credo videre bona domini in
terra viuētiū. ℣ In meōria eterna erūt iusti
℟. Ab auditione mala non timebunt. Pa-
ter noster. Et ne nos Lectio quarta
Quantas habeo iniquitates ⁊ peccata
scelera mea atqz delicta ostēde michi
Cur faciem tuam abscondis et arbitraris
me inimicum tuum? Contra folium quod
vento rapitur ostendis potentiam tuam et
stipulam siccam persequeris. Scribis enī
cōtra me amaritudines et cōsumere me vis
peccatis adolescētie mee. Posuisti in neruo
pedem meum et obseruasti omnes semitas
meas et vestigia pedum meorum conside-
rasti. Qui quasi putredo consumendus sū ⁊
quasi vestimentū quod comeditur a tinea.

℟. Heu michi dñe qꝛ peccaui nimis ĩ vita mea quid faciẽ miser vbi fugiã nisi ad tedeꝰ meꝰ miserere mei Dũ veneris in nouissimo die. ℣. Anima mea turbata est valde sed tu dñe succurre ei Dũ veneris ĩ nouissimo die

Lectio quinta

Homo natus de muliere breui viuẽs tempore repleť multis miseriis. Qui quasi flos egrediť ⁊ cõteritur ⁊ fugit velut vmbra ⁊ nũq̃ in eodẽ statu ꝑmanet. Et dignũ ducis sup huiuscemodi aperire oculos tuos et adducere eũ tecũ in iudiciũ? Qui potest facere mundũ de ĩmundo cõceptũ semine? Nõne tu qui solus est? Breues dies hominis sunt numerus mensiuz eius apud te est. Constituisti terminos eiꝰ qui preteriri non poterunt Recede ergo paululum ab eo vt quiescat donec optata veniat sicut mercennarii dies eius. ℟. Ne recorderis peccata mea domine. Dũ veneris iudicare seculũ ꝑ ignẽ. ℣. Dirige domine deus meꝰ ĩ cõspectu tuo viã meã. Dum veneris. Lectio. vi.

Quis michi hoc tribuat vt in inferno protegas me et abscondas me donec pertranseat furor tuus et constituas michi

tẽpus in quo recorderis mei. Putas ne mortuus homo rursum viuat? Cunctis diebus quibus nũc milito expecto donec veniat immutatio mea. Vocabis me et ego respõdebo tibi. Operi manuũ tuarũ porriges dexteram tu quidem gressus meos dinumerasti sed parce peccatis meis. ℣. Dñe secũdũ actum meũ noli me iudicare nichil dignũ in cõspectu tuo egi. Ideo deprecor maiestatẽ tuã vt tu deus deleas iniq̃tatẽ meã ℟. Amplius lauame dñe ab iniusticia mea et a delicto meo mũda me quia tibi soli peccaui. Ideo deprecor maiestatẽ tuã vt tu deus deleas iniquitatem meam. ãn. Complaceat.

Expectans expectaui dñm et intendit michi. Et exaudiuit preces meas et eduxit me de lacu miserie et de luto fecis. Et statuit supra petram pedes meos et direxit gressus meos et immisit in os meum canticum nouum carmen deo nostro Videbũt multi et timebunt et sperabunt in dño Beatus vir cuius est nomẽ dñi spes eius et non respexit in vanitates et insanias falsas. Multa fecisti tu dñe deus meus mirabilia tua et cogitationibus tuis non est

qui similis sit tibi. Annunciaui et locutus
sū multiplicati sunt sup numerū. Sacrifi-
ciū et oblationē noluisti aures autē perfeci
sti michi. Holocaustū et pro pctō non postu
lasti tūc dixi ecce venio. In capite libri scri
ptū est de me. Vt facerē voluntatē tuā deus
meus volui et legem tuam in medio cordis
mei. Annūciaui iusticiā tuā in ecclesia ma
gna ecce labia mea non prohibebo domine tu
scisti. Iusticiam tuā nō abscondi in corde
meo veritatē tuā et salutare tuū dixi. Nō
abscondi miaz tuā et veritatē tuā a cōsilio
multo. Tu autē domine ne lōge facias mi
serationes tuas a me mia tua z veritas tua
semper susceperunt me. Quoniam circun-
dederunt me mala quorum non est nume-
rus comprehenderunt me iniquitates mee
z non potui vt viderem. Multiplicate sūt
super capillos capitis mei et cor meum dere
liquit me. Complaceat tibi dñe vt eruas me
domine ad adiuuandum me respice. Confū
dantur et reuereātur simul qui querūt ani
mam meam vt auferant eam. Conuertātur
retrorsum et reuereantur qui volunt michi
mala. Referant cōfestim confusionez suam

qui dicunt michi euge euge. Exultent et le
tentur super te omnes querentes te et dicāt
semper magnificetur dominus qui diligūt
salutare tuum. Ego autē mēdicus sū & pau
per dñs solicitus est mei. Adiutor meus et
protector meus tu es deus meus ne tardaueris
Requiē.ā. Cōplaceat tibi dñe Vt eruas me
dñe ad adiuuandum me respice.ā. Sana

Beatus qui intelligit super egenū & pau
perem in die mala liberabit eum dñs
dñs cōseruet eum et viuificet eum et bea
tum faciat eum in terra et nō tradat eum in
animā inimicorū eius. Dñs opem ferat illi
super lectum doloris ei⁹ Vniuersū stratum
eius versasti in infirmitate eius. Ego di
xi domine miserere mei sana animam meam
quia peccaui tibi. Inimici mei dixerunt
mala michi quando morietur et peribit no
men eius. Et si ingrediebatur Vt videret
vana loquebatur cor eius congregabit ini
quitatem sibi. Egrediebatur foras et lo
quebatur in id ipsum. Aduersum me susur
rabant oēs inimici mei aduersū me cogita
bāt mala michi. Verbū iniquū cōstituerūt
aduersū me nūqd qui dormit nō adiiciet Vt

resurgat. Etenī homo pacis mee ī quo spera
ui qui edebat panes meos magnificauit su
per me supplātationē. Tu autem miserere
mei et resuscita me et retribuā eis. In hoc
cognoui qm̄ voluisti me qm̄ non gaudebit
inimicus meus super me. De autem propter
innocentiaz suscepisti et confirmasti in con
spectu tuo in eternū. Benedictus dominus
deus israel a seculo et in seculum fiat fiat.
Requiez eternā dona eis domine. ā. Sana
dn̄e aīaz meā quia peccaui tibi. ā. Sitiuit.
Quemadmoduz desiderat ceruꝰ ad fō
tes aquaruz ita desiderat anima mea
ad te deꝰ. Sitiuit anima mea ad deū fontez
viuū quādo veniā et aparebo ante faciē dei
Fuerūt michi lachrime mee panes die ac no
cte dum dicitur michi quotidie vbi est deus
tuus. Hec recordatus sum et effudi in me
aīam meā qm̄ transibo in locum tabernacu
li admirabilis vsqz ad domū dei. In voce
exultationis et cōfessionis sonus epulan-
tis. Quare tristis es aīa mea et quare con-
turbas me. Spera in deo qm̄ adhuc confi-
tebor illi salutare vultus mei et deus meꝰ
Ad meipsū aīa mea conturbata est ꝓpt̄ea

mēorero tui de t̄ra iordanis et hermonii a
mōte modico Abyss⁹ abissū ī uocat īuoce ca
tharactarū tuarū Omnia excelsa tua ⁊ flu
ctus tui super me transierunt In die mādā
uit dominus mīam suā et nocte cāticū eius
Apud me oratio deo vite mee dicā deo su-
sceptor meus es Quare oblitus es mei ⁊ qua
re cōtristatus incedo dū affligit me inimic⁹
Dum confriugūtur ossa mea exprobraue-
runt michi qui tribulant me inimici mei.
Dum dicunt michi per singulos dies vbi
est deus tuus. Quare tristis es aīa mea et
quare conturbas me Spera in deo quoniā
adhuc confitebor illi salutare vultus mei
et deus meus Requiē. ān. Sitiuit aīa mea
ad deū fōtē viuū quādo veniā et apparebo
ante faciē dñi. Requiē eternā dona eis dñe
et lux perpetua luceat eis. Pater noster Et
ne nos. Sed libera nos Lectio. vi.
Spiritus meus actenuabitur dies mei
breuiabūtur ⁊ solum michi superest se
pulchrum. Nō peccaui et in amaritudinib⁹
moratur oculus meus. Libera me dñe et po
ne me iuxtate ⁊ cuiusuis man⁹ pugnet ꝯtra
me. Dies mei trāsierūt cogitatiōes mee dis

sipate sunt torquentes cor meum. Noctem verterunt in diem & rursū post tenebras spero lucez. Si sustinuero infernus dom⁹ mea est et in tenebris strauī lectulū meū. Putredini dixi. Pater meus es mat̄ mea et soror mea vermibz. Vbi est ergo nūc prestolatio mea & patiētia mea tu es domine deus me⁹ ℣. Peccantē me quotidie et nō me penitētē timor mortis cōturbat me. Quia in inferno nulla est redēptio miserere mei deus & salua me ℣. Deus in nomine tuo saluū me fac & in virtute tua libera me. Quia in inferno nulla est redemptio. Lectio. viii.

Pelli mee consūptis carnibus adhesit os meum & derelicta sunt tantummodo labia circa dentes meos. Miseremini mei miseremini mei saltem vos amici mei quia manus domini tetigit me. Quare persequimini me sicut deus et carnibus meis saturamini? Quis michi tribuat vt scribentur sermones mei. Quis michi det vt exparentur in libro stillo ferreo aut plumbi lamina vel celte sculpantur in silice? Scio enim q̄ redemptor meus viuit et in nouissimo de terra surrecturus sum & rursū circūdabor

pelle mea et in carne mea Videbo deum saluatorem meum. Quē Visurus sum ego ipse et oculi mei conspecturi sunt et non alius. Reposita est hec spes mea in sinu meo. ℣. Requiē eternā dona eis dñe. Et lux perpetua luceat eis. ℟. Qui lazarū resuscitasti a monumento fetidū tu eis domine dona requiem. Et lux perpetua Lectio. nona.

Quare de Vulua eduxisti me qui Vtinam consumptus essez ne oculus me Videret. Fuissē quasi nō essē de Vtero translatus ad tumulū. Nūquid nō paucitas dierum meorum finietur breui. Dimitte ergo ergo me dñe Vt plangā paululū dolorē meum antequ Vadā et nō reuertar ad terrā tenebrosam z opertam mortis caligine. Terram miserie et tenebrarū Vbi Vmbra mortis et nullus ordo sed sempiternus horror inhabitans. ℣. Libera me domine de morte eterna in die illa tremenda. Quādo celi mouendi sunt et terra. Dum Veneris iudicare seculū per ignē. ℟ Dies illa dies ire calamitatis et miserie dies magna et amara Valde. Oñ. Quid ergo miserrimus quid dicam Vel quid faciā dum nil boni perferaz ante

tantum iudicem. Dum veneris. Nūc xp̄e
te petimus miserere q̄s qui venisti redimē
perditos noli dānare redemptos. Dum ve
Libera me dn̄e de penis īferni. Qui portas
ereas cōsregisti et visitasti infernū et dedi
sti eis lumen vt viderēt te q̄ erant in penis
tenebrarū Clamātes et dicētes aduenisti re
dēptor noster. Qui. ā. Exultabūt Miserē
ā Exultabūt dn̄o ossa huiliata. ā Exaudi
Te decet hymnus deus in syon et tibi
reddetur votum in hierusalem Ex
audi orationem meā ad te omnis caro ve
niet [illegible] erba iniquorum preualuerunt super
nos et īpietatibus nostris tu propiciaberis
Beatus quē elegisti et assumpsisti inhabi
tabit ī atriis tuis Replebimur in bonis do
mus tue sanctum est tēplum tuū mirabile
in equitate Exaudi nos deus salutaris nr̄
spes omnium finiū terre et in mari longe.
Preparans montes in virtute tua accint⁹
potentia qui conturbas profundum maris
sonum fluctuum eius Turbabūtur gētes
et timebūt qui habitant terminos a signis
tuis exitus matutini et vespere delectabis
Visitasti terrā et inebriasti eā multiplica

sti locupletare eam. Flumen dei repletum
est aquis parasti cibum illorum quoniam
ita est preparatio eius. Riuos eius ebriās
multiplica genimina eius in stillicidiis ei⁹
letabitur germinans. Benedices corone āni
benignitatis tue: et campi tui replebuntur
vbertate. Pinguescent speciosa deserti et
exultatione colles accingentur. Induti
sunt arietes ouium et valles abundabunt
frumento clamabunt etenim hymnū dicēt
ā. Exaudi deus orationez meam ad te oīs
cato veniet. ā. Ne suscepit. Ps. Deus deus
meus. ā. Ne suscepit de tera tua domine. ā
A porta inferi

Ego dixi in dimidio dierum meorum
vadam ad portas inferi. Quesiui re
siduum annorum meorum dixi non videbo
dominum deum in terra viuentium. Nō
aspiciam hominem vltra et habitatorem
quietis. Generatio mea ablata est & conuo
luta est a me quasi tabernaculum pastoruz
Precisa est velut a texente vita mea duz
adhuc ordirer succidit me de mane vsqz ad
vesperam finies me. Sperabam vsqz ad
mane quasi leo sic cōtriuit omnia ossa mea.

De mane vsqz ad vesperã finies me sicut
pullus hyrundinis sic clamabo et medita-
bor vt columba. Attenuati sunt oculi mei
suspicientes in excelso. Domine vim pati-
or responde pro me quid dicam aut quid re-
spondebit michi cum ipse fecerim. Recogi-
tabo tibi omnes annos meos in amaritudi
ne anime mee. Domine si sic viuitur et in
talibus vita spiritus mei corripies me et
viuificabis me ecce in pace amaritudo mea
amarissima. Tu autem eruisti aĩam meã
vt non periret proiecisti post terguz tuum
omnia peccata mea. Quia non infernus cõ
fitebitur tibi neqz mors laudabit te non ex
pectabunt qui descendunt in lacum verita
tem tuam. Viuens viuens ipse confitebit̃
tibi sicut et ego hodie pater filiis notam fa
ciet veritatem tuam. Domine saluum me
fac et psalmos nostros cãtabimus cunctis
diebus vite nostre in domo domini. ã. A por
ta inferi erue domine animas eorũ. ã. Oĩs
spiritus. ps. Laudate dñz de celis. Sãta
te dño. Laudate dñz in sãctis ei⁹ vt supra
ã. Oĩs spũs laudet dñm. Requiem eternã
dona eis domine et lux perpetua luceat eis

ā. Ego sum. ꝑ Benedictus dominus deꝰ
israel. ān. Ego sum resurrectio et vita qui
credit in me etiam si mortu fuerit viuet et
omnis que viuit et credit in me non morie
tur inetetnum Kyri eleyson Christe eley
son Kyri eleysō. Pater noster. Aue maria.
Exaltabo te domine qm̄ suscepisti me
nec delactasti inimicos meos super me
Domine deus meus clamaui ad te et sa-
nasti me Domine eduxisti ab inferno am
mam meam saluasti me a descendentibus ī
lacum Psallite domino sancti eius et con
fitemini memorie sc̄tificationis eiꝰ Quo
niam ira in dignatione eius et vita in vo
luntate eius Ad vesperum demorabitur
fletus et ad matutinum letitia Ego aūt
dixi in abundantia mea non mouebor ieter-
num Domine in voluntate tua prestitisti
decori meo vittutem Auertisti faciez tuā
a me et factus sum conturbatus Ad te do
mine clamabo et ad deum meuz deprecabor
Que vtilitas in sanguine meo dum de-
scendo in corruptionem Qunquid confite-
bitur tibi puluis aut annunciabit veritate
tem tuā Iudiuit dominus et misertus est

mei dominus factus est adiutor meus Co
uertisti planctum meum in gaudium michi
concidisti saccum meum et circundedisti me
leticia Et cantent tibi gloria mea Vt non
compungat domine deus meus in eternum
cōfitebor tibi. Requiē. A porta inferi Erue
domine aīas eorum. Credo videre bona dñi
In terra viuentium. Domine exaudi ora
tionem meam. Et clamor meus ad te ve
niat. Dremus Deus cui proprium Vt sup

Alia collecta

Omnipotens sempiterne deus cui nūq̄
sine spe mīe suplicatur propiciare a
nime famuli tui vel famule tue. N. Vt qui
de hac vita in tui nominis confessione de
cessit sctōrū tuorum numero facias agregari.

Deus cuius miseri cordie non est nu
merus suscipe pro animabus famu
lorum tuorum pontificum preces nostras
et lucis eis leticieq̄ regionem in sāctorum
tuorum societate gaudere

Inclina domine aurem tuam ad pre
ces nostras quibus mīam tuam sup
plices deprecamur Vt animam famuli tui
et animas omnium fidelium defunctorum

quas de hoc seculo migrari iussisti in pacis ac lucis regione constituas ⁊ sanctorum tuorum iubeas esse consortes. Per. Pater nr̄.

Alia collecta

Animabus q̄s domine omnium fideliuz deffunctorū oratio proficiat supplicātium vt eas et a pctīs oībus exuas ⁊ tue redēptoris facias esse participes. Qui. cū deo patre. Requiescāt in pace. Amen. In feriis inter festum aīarum et pasca

Voce mea ad dn̄z clamaui voce mea ad dn̄m deprecatus sum Effūdo in cōspectu ei⁹ orationē meam ⁊ tribulationē meā ante ip̄m pronuncio In deficiēdo ex me sp̄m meū et tu cognouisti seītas meas. In via hac qua ābulabā absconderūt superbi laqueū michi Cōsiderabā ad dexteram ⁊ videbā ⁊ nō erat qui cognosceret me Periit fuga a me ⁊ nō est q̄ requirat aīaz meā Clamaui ad te dn̄e dixi tu ē spes mea portio mea ī terra viuētiū Intēde ad deprecationē meā qr humiliat⁹ sū nimis. Libera me a ꝑsequētibz me quia cōfortati sūt sup me Educ de custodia aīaz meā ad cōfitendum nomini tuo me expectant iusti donec

tetribuas michi. Incipit cõmendatio aiarꝝ.

Beati immaculati in via qui ãbulant in lege domini. Beati qꝝ scrutantur testimonia eius ĩ toto corde exquirunt eũ. Non enim qui operantur iniquitatez in viis eius ambulauerũt. Tu mãdasti mãdata tua custodiri nimis. Utinam dirigantur vie mee ad custodiendas iustificationes tuas. Tunc non confundar cum perspexero in omnibus mandatis tuis. Confitebor tibi in directione cordis ĩ eo quod didisci oĩa iudicia iusticie tue. Iustificationes tuas custodiam non me derelinquas vsqz quaqz.

In quo corrigit adolescẽtior viã suaz in custodiendo sermoẽs tuos. In toto corde meo exquisiui te ne repellas me a mãdatis tuis. In corde meo abscõdi eloqa tua vt non peccem tibi. Benedictus es dñe doce me iustificationes tuas. In labiis meis pnunciaui oĩa iudicia oris tui. In via testimoniorũ tuoꝝ delectatꝰ sum sicut i oĩbꝰ diuiciis. In mãdatis tuis exercebor et cõsiderabo vias tuas. In iustificatiõibꝰ tuis meditabor nõ obliuiscar sermoẽs tuos

Retribue seruo tuo viuifica me vt cu
stodiã sermones tuos Reuela oculos
meos et cõsiderabo mirabilia de lege tua In
cola ego sũ in tra nõ abscõdas a me mãdata
tua. Concupiuit aia mea desiderare iustifi-
catiões tuas in omni tẽpore Increpasti su
pbos maledicti q̃ declinãt a mãdatis tuis
Aufer a me opprobriũ et contẽptum qa te-
stionia tua exquisiui Etenim sederũt prin-
pes et aduersũ me loquebãtur seruꝰ autem
tuꝰ exercebat in iustificationibꝰ tuis Nã
et testionia tua meditatio mea est cõsilium
meum iustificationes tuc

Adhesit pauimẽto aia mea viuifica
me scõz verbũ tuũ Vias meas annũtiaui
et exaudisti me doce me iustificatiões tuas
Viã iustificationũ tuarꝝ ĩstrue me et exer-
cebor in mirabilibꝰ tuis Dormitauit aia mea
pretedio cõfirma me in verbis tuis Viã iniqui
tatis amoue a me et de lege tua miserere mei
Viã veritatis elegi iudicia tua nõ sũ oblitꝰ
adhesi testionibus tuis dñe noli me cõfũdere
Viã mãdatorꝝ tuorꝝ cucurri cũ dilactasti cor

Legem pone michi dñe viã (meum
iustificationum tuarũ et exquiram

eam sēper Da michi ītellectuz ⁊ scrutabor legē tuā et custodiā illā in toto corde meo Deduc me ī semitta mādatorū tuorū quia ipsā volui Inclina cor meū in testimonia tua ⁊ nō in auaritiā Auerte oculos ne videant vanitatē ī via tua viuifica me Sta tue seruo tuo eloquiū tuum in timore tuo. Amputa opprobriū quod suspicatus sum quia iudicia tua iocūda Ecce mādata tua in equitate tua viuifica me.

Et veniat super me misericordia tua dn̄e salutare tuū secūdū eloquiū tuū Et respōdebo exprobrātib⁹ michi verbū qr speraui ī sermonib⁹ tuis. Et ne auferas de ore meo verbū veritas vsqzquaqz qr ī iudiciis tuis sup̄ speraui Et custodiā legē tuā sēper ī seculū ⁊ in seculū seculi Et ambulabam in latitudine quia mandata tua exquisiui Et loquebar de testimoniis tuis ī conspectu regū ⁊ nō cōfundebar Et meditabar in mādatis tuis q̄ dilexi Et leuaui man⁹ meas ad mandata tua q̄ dilexi et exercebor in iustificationibus tuis. Psalmus

Memor esto verbi tui seruo tuo in quo michi spem dedisti Hec me

cōsolata est i humilitate mea quia eloquiū
tuū viuificauit me. Superbi iique agebāt
vsqzquaqz a lege autem tua nō declinaui.
Memor fui iudiciorum a seculo domine et
et consolatus sum. Defectio tenuit me pro
peccatoribus derelinquentibus legem tuaz
Cantabiles michi erant iustificationes
tue in loco peregrinationis mee. Memor
fui nocte nominis tui domine ⁊ custodi
ui legem tuam. Hec facta est michi qz iu-
stificationes tuas exquisiui. Psalmus
Portio mea domine dixi custodire le-
gem tuam. Deprecatus sum faciem
tuam in toto corde meo miserere mei secun
dum eloquium tuum. Cogitaui vias me
as et cōuerti pedes meos in testimonia tua
Paratꝰ sū ⁊ nō sū turbatꝰ vt custodiā mā
tua data. Funes pctōꝝ circumflexi sūt me
et legez tuā non sum oblitus. Media nocte
surgebam ad confitendum tibi super iudi-
cia iustificationis tue. Particeps ego sum
omnium timentium te et custodientium
mandata tua. Misericordia tua domine ple
na est terra iustificationes tuas doce me.
Bonitatem fecisti cum seruo tuo domine

secundum verbum tuum. Bonitatē & disciplinā & scientiam doce me quia mādatis tuis credidi. Priusq̄ humiliater ego deliqui propterea eloquiū tuū custodiui. Bonus es tu & in bonitate tua me iustificatiōes tuas. Multiplicata est super me iniquitas superborū ego autem in toto corde meo scrutabor mādata tua. Coagulatus est sicut lac cor eorū ego vero legē tuā meditat⁹ sū. Bonū michi q̄ humiliasti me vt discam iustificationes tuas. Bonum michi lex oris tui super milia auri et argenti.

Manus tue fecerūt me et plasmauerūt me da michi itellectū vt discā mādata tua. Qui timēt te videbūt me & letabūt q̄ in verba tua supsperaui. Cognoui dñe q̄ equitas iudicia tua i veritate tua humiliasti me. Fiat mia tua & cōsolet̄ me secūdū eloq̄ tuū seruo tuo. Veniant michi miserationes tue & viuā q̄ lex tua meditatio mea ē. Cōfūdātur supbi q̄ iniuste iniquitatē fecerūt in me ego aūt exercebor i mādatis tuis. Cōuertātur michi timētes te & qui nouerūt testimonia tua. Fiat cor meū immaculatus in iustificationibus tuis vt non confūdar.

Defecit in salutare tuū aīa mea et in
verbū tuū supsperauī Defecerūt ocu
li mei in eloquiū tuū dicētes quādo cōsola
beris me Quia factꝰ sū sicut vter in pruina
iustificatiōes tuas nō sū obliti Quot sūt
dies serui tui quādo facies de persequētibꝰ
me iudiciū Narrauerūt michi iniqui fabula-
tiones: sed nō vt lex tua. Omnia mādata
tua veritas iniqui pscuti sūt me adiuua me
Paulominꝰ cōsumauerūt me in terra ego aūt
nō dereliqui mādata tua Secundū miaz tuā
viuifica me et custodiā testimonia oris tui.
In eternuz dñe verbū tuū pmanet in
celo In generationē veritas tua fūdasti terram et permanet ordinatione tua
perseuerat dies quoniam omnia seruiunt ti
bi Nisi quod lex tua meditatio mea essem tūc
forte perissem in humilitate mea. In eter-
num non obliuiscar iustificationes tuas qz
in ipsis viuificasti me. Tuus sum ego sal
uum me fac quoniam iustificationes tuas
exquisiui Me expectauerunt peccatores vt
perderent me testimonia tua intellexi Om
nis consūmationis vidi finem latum man
datum tuum nimis

Quomodo dilexi legem tuam domine
tota die meditatio mea est Super ini
micos meos prudentem me fecisti mãdato
tuo qui a ineternum michi est Super omẽs
docẽtes me intellexi qꝛ testimonia tua me=
ditatio mea est Super senes intellexi quia
mãdata tua quesiui Ab omni via mala pro
hibui pedes meos vt custodiam verba tua
A iudiciis tuis non declinauit quia tu le=
gem posuisti michi Quam dulcia faucibus
meis eloquia tua super mel ori meo. Man
datis tuis intellexi ꝓpterea audiui omnem
viam iniquitatis Psalmus.
Lucerna pedibꝰ meis verbũ tuũ ⁊ lumẽ
semitis meis Iuraui ⁊ statui custo
dire iudicia iusticie tue Humiliatꝰ sũ vsqꝫ
quaqꝫ dñe viuifica me secundũ verbũ tuũ
Volũtaria oris mei beneplacita fac dñe et
iudicia tua doce me [illegible]nima mea in manibꝫ
meis sẽp ⁊ legẽ tuã nõ sũ oblitꝰ Posuerũt
pctõres laq̃ũ michi ⁊ de mãdatis tuis nõ er=
raui Hereditate acq̃siui testiõnia tua ĩeternũ
qꝛ exaltatio cordis mei sunt Inclinaui cor
meũ ad faciẽdas iustificatiões tuas ineter
num propter retributionem

INiquos odio habui ⁊ legē tuā dilexi
a diutor et ſuſceptor meus es tu ⁊ ī verbū
tuū ſupſperaui Declinate a me maligni ⁊
ſcrutabor mādata dei mei Suſcipe me ſcōz
eloquiū tuū et Viuā et nō cōfundar me ab
expectatione mea diuua me ⁊ ſaluus ero
meditabor in iuſtificationib⁹ tuis ſep[illegible]pe
tuiſti omēs diſcedētes a iudiciis tuis q⁹ iniu
ſta cogitatio eorū Preuaricātes reputaui
omēs pctōres terre ideo dilexi teſtiōnia tua
Confige timore tuo carnes meas a iudi-
ciis enim tuis timui
FEci iudiciū et iuſticiaz nō tradas me
calūniātibus me Suſcipe ſeruū tuū
in bonū nō calūniātur me ſuperbi Oculi mei
defecerunt in ſalutare tuum ⁊ in eloquium
iuſticie tue Fac cū ſeruo tuo ſecundū miſe
ricordiā tuā ⁊ iuſtificationes tuas doce me
Seruus tuus ſum ego da michi intellec-
tum Vt ſciam teſtimonia tua Tempus fa
ciendi domine diſſipauerunt legē tuā Ideo
dilexi mādata tua ſuper aurum et topazion
Propterea ad omnia mandata tua dirige-
bar omnem Viam iniquā odeo habui.
MIrabilia teſtimonia tua domine ideo

Mirabilia testimonia tua dñe ideo scrutata est ea aīa mea Declaratio sermonū tuorū illuminat et intellectū dat parvulis Os meū apperui et attraxi spiritū quia mādata tua desiderabā Aspice in me et miserere mei secundum iudiciū diligentiū nomen tuū Gressus meos dirige secundū eloquiū tuū Vt nō dñetur mei omnis iustitia. Redime me a calūniis hoīz Vt custodiam mādata tua. Faciē tuā illumina sup seruū tuū et doce me iustificatiōes tuas. Egressus aquarum deduxerunt oculi mei quia non custodierunt legem tuam

Iustus es dñe et rectum iudicium tuum. Mandasti iustitiā testimonia tua et Veritatē tuā nimis. Tabescere me fecit zelus meus quia obliti sūt verba īimici mei Ignitū eloquium tuū vehemēter et seruus tuus dilexit illud Adolescentul⁹ sum ego et contemptus iustificationes tuas nō sum oblit⁹. Iustitia tua iustitia in eternū et lex tua Veritas Tribulatio et angustia inuenerunt me mādata tua meditatio mea est Equitas testimonia tua in eternum da mihi intellectum et Viuam

Clamaui in toto corde exaudi me dñe
iustificationes tuas requram Clama
ui ad te saluuz me fac vt custodiã mãdata
tua. Preueni in maturitate et clamaui qr
in verba tua supersperaui Preuenerũt ocu
li mei ad te diluculo vt meditaret eloquia
tua Vocẽ meã audi scdz mĩaz tuã dñe ꝛ se-
cũdũ iudiciũ tuũ viuifica me Ap ꝓpĩqua
uerũt ꝑsequẽtes me ĩiquitati a lege aũt tua
lõge facti sũt Prope es tu dñe ꝛ oẽs vie tue
veritas Initio cognoui de testĩoniis tuis
qr ineternum fundasti ea
Vide huĩlitatẽ meã ꝛ eripe me qr ledẽ
tuã nõ sũ oblit⁹ Iudica iudiciũ meũ ꝛ rebi
me me ꝓpt eloquiũ tuũ viuifica me Lõge
pctõribz sal⁹ qr iustificatiões tuas nõ exq̃sie
rũt Sie tue multe dñe scdz iudiciũ tuũ vi
uifica me Multi q̃ ꝑsequuntur me et tribu-
lant me a testimoniis tuis non declinaui.
Vidi preuaricãtes ꝛ tabescebã qr eloquia
tua non custodierunt. Vide qm̃ mandata
tua dilexi dñe in misericordia tua viuifica
me Prĩcipiũ vbor tuor vitas ĩeternũ oĩa
Principes ꝑsecu (iudicia iusticie tue
ri sunt me gratis ꝛ a verbis tuis formi

dauit cor meū Letabor ego sup eloquia tua
sicut q̄ inuenit spolia multa Iniq̄tatē odio
habui et abhominatus sū legē autē tuā di-
lexi Septies in die laudē dixi tibi sup iudi
cia iusticie tue Cox multa diligētibus le-
gē tuā ⁊ nō illis scādalū Expectabā salu
tare tuū dn̄e et mādata tua dilexi ea Vehe-
menter Seruaui mandata tua et testīonia
tua quia omnes vie mee in conspectu tuo
Appropinquet deprecatio mea in con-
spectu tuo domine iuxta eloquium
tuum da michi intellectum Intret postu-
latio mea in conspectu tuo secundum elo-
quium tuum eripe me Eructabunt labia
mea hymnum cum docueris me iustificatio
nes tuas Pronūciabit lingua mea eloqui
um tuum q̄r omnia mandata tua equitas
Fiat manus tua vt saluet me qm̄ māda
ta tua elegi Concupiui salutare tuum do-
mine et lex tua meditatio mea est. Viuet
anima mea et laudabit te et iudicia tua ad-
iuuabunt me Erraui sicut ouis que periit
quere seruum tuū quia mādata tua nō suz
oblitus Requiē eternā Kyri eleysō. Xp̄e
eleysō Kyri eleyson. Pater noster. Aue

Domine probasti me et cognouisti me
tu cognouisti cessionem meam et re-
surrectionem meaz Intellexisti cogitatio
nes meas de longe semitam meam et funi-
culum meum inuestigasti Et omnes meas
preuidisti quia non est sermo in lingua mea
Ecce domine tu cognouisti omia nouissi-
ma et antiqua tu formasti me et posuisti su
per me manum tuam. Mitabilia facta est
sciētia tua ex me confortata est z nō po tero
ad eaz Quo ibo a spiritu tuo z quo a facie
tua fugiam Si ascendero in celum tu illic
es si descēdero ad infernū ades Si sūpsero
pennas meas diluculo et habitauero in ex-
tremis maris tenim illic manꝰ tua dedu
cet me z tenebit me dexterа tua Et dixi for
sitā tenebre conculcabūt me z nox illumīa
tio mea in deliciis meis Quia tenebre non
obscurabuntur a te et nox sicut dies illumi
nabitur sicut tenebre eius ita et lumen eius
Quia tu possedisti renes meos suscepisti
me de vtero matris mee. Confitebor tibi
q terribiliter magnificat⁹ es mirabilia ope
ra tua z aīa mea cognoscet nimis Nō ē oc-
cultatū os meū a te qđ fecisti in occulto et

substantia mea in inferioribus terre. Imperfectum meū viderūt oculi tui et in libro tuo oēs scribētur dies formabūtur. et nemo in eis. Mihi autē nimis honorati sūt amici tui deus nimis cōfortatus est principat⁹ eorum. Si dinumerabo eos et sup arenā multiplicabūtur. expurrexi et adhuc sū tecū. Si occidetis deus pctōres viri sanguinum declinate a me. Qui dicitis in cogitatione accipiāt in vanitate ciuitates suas. Nōne qui oderūt te dñe oderā et sup inimicos tuos tabescebam. Perfecto odio oderā illos in inimici facti sūt mihi. Proba me deus et scito cor meū. Interroga me et cognosce semitas meas. Et vide si via iniquitatis in me est et deduc me in via eterna. Requiē. A porta inferi. Erue dñe aīas eorum. Credo videre bona domini. In terra viuentium. Domine exaudi. Et clamor.

Tibi dñe cōmendam⁹ animā famuli tui. N. et aīas famulor. famularūq; tuar. vt defūncti seculo tibi viuāt et que per fragilitatē mūdane cōuersationis pctā admiserūt tu venia misericordissime pietatis absterge. Per christum.

Sequūtur septē psalmi de passione dñi.

Deus deus meus respice in me
quare me dereliquisti longe a sa
lute mea Verba delictorum meo
rum Deus meus clamabo per diem et non
exaudies et nocte et non ad insipientiam mi
chi Tu autē in sancto habitas laus israel
in te sperauerunt et liberasti eos Ad te do
mine clamauerunt et salui facti sunt in te
sperauerunt et non sunt confusi Ego autē
sū Vermis et nō homo opprobriū hoīz et
abiectio plebis Omnes Videntes me deri
serunt me locuti sunt labiis et mouerūt ca
put. Speranit in domino eripiat eum sal
uum faciat eum quoniam Vult eum Tu
tu es qui extraxisti me de Ventre spes mea
ab Vberibus matris mee in te proiectus sū
ex Vtero De Ventre matris mee deus me⁹
es tu ne discesseris a me Quoniam tribula
tio proxima est quoniam non est qui adiu
uet Circundederunt me Vituli multi tau
ri pinguesobsederunt me Aperuerunt sup
me os suum sicut leo rapiens et rugiens.
Sicut aqua effusus sum et dispersa sunt
omnia ossa mea. Factum est cor meum
tanquam cera liquescens in medio Vētris

mei Aruit tanquam testa Virtus mea et
lingua mea adhesit faucibus meis & in pul
uerem mortis deduxisti me Quoniã circũ
dederunt me canes multi consilium mali-
gnantium obsedit me. Fodederunt manus
meas & pedes meos dinumerauerunt omnia
ossa mea Ipsi Vero considerauerunt et in
spexerunt me diuiserunt sibi Vestimenta
mea & super Vestem meam miserunt sortem
Tu autem domine ne elonguaueris auxi
lium tuum a me ad defensionem meam cõ-
spice Erue a framea deus animam meam
et de manu canis Vnicam meam. Salua
me ex ore leonis et a cornibus Vnicornium
humilitatem meam Narrabo nomen tuum fra
tribus meis in medio ecclesie laudabo te.
Qui timentis dominum laudate eum Vni
uersum semẽ iacob glorificate eũ Timeat
eum omne semen israel quoniam non spre-
uit neq; despexit deprecationem pauperis.
Nec auertit faciem suam a me et cum cla
matem ad eum exaudiuit me Apud te laus
mea in ecclesia magna Vota mea reddam i
conspectu timentium eum Edent paupe-
res et saturabuntur laudabunt dominum q̃

requirunt eū viuēt corda eorum in sclm̄ se
culi Reminiscētur et conuertātur ad dn̄m
omnes fines terre Et adorabunt in conspe
ctu eius vniuerse familie gentiuz Om̄ do
mini est regnum et ipse dnābitur gentium.
Manducauerūt omēs principes terre in cō
spectu eius cadent oēs qui descendūt ī terrā
Et aīa mea illi viuet et semen meum ser-
uiet ipsi Annūciabitur dn̄o generatio vē
tura et annūciabūt celi iusticiam eius po-
pulo qui nascetur quem fecit dn̄s. p̄s.
Dominus regit me et nichil michi deerit.
Domini est terra ⁊ plenitudo eius orbis
Ad te dn̄e leuaui aīam meam deus me⁹.
Iudica me domine quoniam ego in in
nocentia ingressus sum et in domino
sperans non infirmabor Proba me domīe
et tempta me vre renes meos et cor meum
Quoniam misericordia tua ante oculos
meos est et complacui in veritate tua Nō
sedi cum consilio vanitatis et cum iniqua
gerentibus non introibo Audiui ecclesiaz
malignantium et cum impiis non sedebo.
Lauabo inter innocentes manus meas et
circundabo altare tuum domīe. Ut audiā

Vocem laudis et enarrem Vniuersa mira-
bilia tua. Domine dilexi decorem domus
tue et locum habitationis glie tue Ne per
das cum impiis deus aiam meam et cū Vi
tis sanguinum Vitam meam In quorū
manibus iniquitates sunt dexteta eorū re
pleta est muneribus Ego aūt in innocen-
tia mea ingressus sū redime me et miserere
mei. Deus meus stetit īdirecto in ecclesiis
benedicam te domine Dominus illumina
tio mea et salus mea quem timebo
Ad te dīe clamabo deus meus ne sile
as a me nequādo taceas me et assimi
labor descendentibus in lacum Exaudi do
mīe Vocē deprecatiōis mee dū oro ad te deū
exptollo manus meas ad templum sanctū
tuū Ne simul tradas me cum pctōribus et
cū operantibus iniquitatem ne perdas me
Qui loquuntur pacem cum proximo suo
mala autem in cordibus eorum Da illis
secundum opera eorum et secundum nequi
tiam adinuentionum ipsorum Secundū
opera manuum eorum tribue illis redde re
tributionem eorum ipsis Quoniā non ītel
lexerunt opera dīni et opera manuum eius

destrues illos et nō edificabis eos Benedictus dominus quoniam exaudiuit vocem deprecationis mee Dominus adiutor meus et protector meus et in ipso speravit cor meum et adiutus sum et refloruit caro mea et ex voluntate mea confitebor ei. Dominus fortitudo plebis sue et protector salvationū christi sui est Salvum fac populum tuum domine et benedic hereditati tue et rege eos et extolle illos usq; in eternum

Afferte dño filii dei afferte dño filios arietum afferte dño gloriam et honorem afferte dño gloriaz nomini eius adorate dominum in atrio sancto eius. Vox domini super aquas deus maiestatis intonuit dominus super aquas multas Vox dñi in virtute Vox dñi in magnificētia Vox dñi cōfrigētis cedros & cōfriget dñs cedros libani Et cōminuet eos tanq; vitulum libani et dilectus q̄admodum filius unicorniū Vox domini intercidentis flāmā ignis Vox domini cōcutientis desertū & cōmouebit dominꝰ desertū cades Vox domini p̄parentis ceruos et reuelauit condensa et in tēplo eiꝰ oēs dicēt gliaz Oēs diluuiuz

inhitare facit et ſcdebit dñs rex ineternum
Dñs virtutum populo ſuo dabit dñs be-
nedicet populo ſuo in pace.

Exaltabo te dñe qm̃ ſuſcepiſti me nec
delectaſti inimicos meos ſup me Do
mine deus me⁹ clamaui ad te et ſanaſti me.
Dñe eduxiſti me ab inferno aiaz meaz ſal-
uaſti me a deſcẽdentibus in lacũ Pſallite
dño ſancti eius et cõfitemini memorie ſanctita
tis eius. Quia ira in indignatione ei⁹ et vi
ta in voluntate eius Ad veſperũ demora-
bitur fletus et ad matutinũ letitia Ego au
tẽ dixi in habũdãtia mea nõ mouebor in eter
nũ Dñe in voluntate tua prẽſtitiſti decori
meo virtutẽ Auertiſti faciẽ tuã a me et fa
ctus ſũ cõturbat⁹ Ad te dñe clamabo et ad
deũ meũ deprecabor Que vtilitas in ſanguine
meo dũ deſcẽdo in corruptionẽ Nũquid cõ
fitebitur tibi puluis aut ãnũciabit veritа
tez tuã Audiuit dñs et miſert⁹ eſt mei dñs
factus eſt adiutor meus Conuertiſti planctũ
meũ in gaudium michi cõcidiſti ſaccuz me
uz et circũdediſti me letitia Et cantet tibi
gloria mea et nõ cõpungar domine deus me⁹
ineternum confitebor tibi. Pſalmus.

IN te domine speraui nō confūdar in
eternum in iusticia tua libera me In
clina ad me aurem tuam acceleta Vt etuas
me Esto michi in deū protectorē ⁊ in domū
refugii Vt saluū me facias Quoniā fortitudo
mea et refugium meū es tu ⁊ ppter no
men tuū deduces me ⁊ enutries me Educes
me de laqueo quē obscōderunt michi quīm tu
es protector meus In manus tuas cōmendo
spiritum meū redemisti me dñe deus Veritatie Gloria. Christus factus est pro no
nobis obediens Vsqz ad mortem. Mortem
autem crucis Oremus

RESpice ąs domine super hanc familiam tuā p qua dominus noster iesus
christus non dubitauit manibus tradi nocentium nec crucis subire tormentum. Qui
cum Viuit et regnat deus Per omnia secula seculorum. Amen.

GLoriosa passio dñi nostri iesu christi eruas nos a dolore tristi ⁊ perducat nos ad gaudia paradisi. Amen.

BEnedictū sit dulce nomē dñi nostri iesu
christi et glorioſissime Virginis marie matris eius inetetnum et Vltra. Amen

Nos cũ prole pia bñdicat ꝟgo maria Amẽ

Sancte ⁊ indiuidue trinitatis iesu christi crucifixi huãnitati gloriose marie ꝟgini sit sẽpiterna gloria ab omni creatura ꝑ ĩfinita

Domine iesu christe qui me creasti redemisti et preordinasti ad hoc quod tu scis quid de me facere vis fac de me secũduz voluntatem tuam cum misericordia.

Domine iesu xp̃e q̃ salus es sapiẽtia tu scis que michi peccatori expediũt prout tibi placeat et sicut in oculis tue maiestatis videret de me peccatore ita fiat cum misericordia. Amen. Pater noster. Aue

Oratio ante ymaginem corporis christi

Conditor celi ⁊ t̃re rex regũ et dñs dominnãtiũ qui me de nichilo fecisti ad ymaginẽ et similitudinẽ tuã. Et me de proprio sãguine redemisti quẽ ego peccator nõ sũ dign⁹ nominare nec ĩuocare nec corde cogitare. Te suppliciter deprecor et huiliter exora vt clementer respicias me seruum tuum nequam. Et miserere mei qui misertus fuisti mulieri cananee et marie magdalene. Qui pepercisti publicano et latroni in cruce pendenti. Tibi confitebor

pater piissime peccata mea que si volo abscondere non possum tibi domine. Parce michi christe quem ego nuper multum offendi in superbia/ auaricia/ gula/ luxuria in vana gloria/ in odio/ in accidia/ in adulteris/ in fornicatione/ in furto/ in mandacio/ in blasphemia/ in ioco/ in risu/ in verbis ociosis/ in auditu/ in gustu/ in tactu/ cogitãdo/ loquendo/ operãdo. Et in omnibus modis in quibus ego fragilis homo ⁊ peccator peccare potui mea culpa mea culpa mea maxima culpa. Ideo precor tuam clementiam que de celo pro mea salute descendit Qui dum a peccati lapsu erepisti. Parce michi domine parce michi christe. qui Petro te negãti pepercisti Tu es creator meus ⁊ adiutor meus. plasmator meus et redemptor meus Gubernator meus/ et pater meus. dominꝰ meus et deus meꝰ et reꝝ meus Tu es spes mea fiducia mea gubernatio mea. Auxiliatio mea consolatio mea et fortitudo mea defensio mea et liberatio mea Vita mea et salus mea et resurrectio mea. Tu es firmamentum meum et refugium meum lumen et desiderium meum adiutor meus et patro

cinium meum. Te deprecor et rogo adiuua me ⁊ saluus ero Guberna me ⁊ defende me conforta me et consolare me confirma me ⁊ letifica me illumina me et Visita me. Suscita me mortuum quia factura et opus tuum sum domine ne despicias. I famulus et seruus tuus sum quãuis malus quãuis ĩdignus ⁊ peccator Sed qualiscũqz sim siue bonus siue malus semper tuus sum Ad quẽ ego fugiam nisi ad te Vadam? Si tu me eicis quis me recipiet? Si tu me despicis quis me aspiciet Et recognosce me indignum ad te refugientez quamuis sim Vilis et immũdus quia si Vilis et immundus sum potes me mundare. Si cecus sum potes me illuminare. Si ĩfirmus sum potes me sanare. Si mortuus et sepultus sum potes me resuscitare quia maior est et misericordia tua ꝙ iniquitas mea. Maior est pietas tua ꝙ ĩpietas mea. Plus potes dimittere ꝙ ego cõmittere. Et plus parcere ꝙ ego peccator peccare. Non ergo respicias domine neqz attendas multitudinem iniquitatem mearũ sed secundum multitudinem miserationuz tuarum miserere mei et propicius esto michi

maximo peccatori. Dic anime mee salꝰ tua ego sum qui dixisti nolo mortem peccatoris sed Vt magis viuat et conuertatur Cõuertere me domine ad te et noli irasci cõtra me. Deprecor te clementissime pater propt̃ misericordiam tuam supplico et exoro Vt perducas me ad bonum finem ad veraz penitentiam puram cõfessionez ⁊ dignã satisfactionem oĩm peccatorum meoꝝ. Amen

Oratio deuota ad beatã mariam et ad sanctum iohãnem euangelistam

O Intemerata et in eternũ benedicta singularis atq; incõparabilis virgo dei genitrix maria gratissimuz dei tẽplũ spiritus sancti sacratiuzia nua regni celoruz per quã post deum totus viuit orbis terrarũ Inclina matr misericordie aures tue pietatis ĩdignis supplicationibus meis. Et esto michi misertrimo pctõri pia et ꝓpicia in oĩbz auxiliatrix. O iohannes beatissime christi familiaris amice qui ab eodem domino nostro iesu cri

sto virgo es electus et inter ceteros magis
dilectus atqz in misteriis celestibus vltra
omnes imbutus Apostolus enim et euan-
gelista factus es preclarissimus Te etiaz
inuoco cum maria matre eiusdem saluato-
tis nostri vt michi opem tuam cum ipsa cō
ferre digneris. O duc gēme celestes maria
et iohannes. O duo luminaria diuinitus
ante deum lucentia vestris radiis scelerum
meorum effugate nubila. Vos enim estis
illi duo in quibus de⁹ patet per filiū suū spi
ritualiter edificauit sibi domum. Et in qui
bus ipse filius dei ob sincerissime virginita
tis meritum dilectionis sue confirmauit p-
uilegium in cruce pendens vni vestrū ita
dicēs Mulier ecce filius tuus. Deīde ad ali
um Ecce mater tua. In huius ergo tā san
ctissimi amoris dulcedine qua tūc ore domi-
nico velut mater et filius adinuicem con-
iuncti estis vobis duobus ego misertimus
peccatoz commendo hodie corpus et animā
meam vt in omnibus horis atqz momen-
tis interius et exterius firmi custodes a pii
apud deum intercessores michi existere di-
gnemini. Credo enim firmiter et fateoz in

dubitanter q̄ velle vestrum velle dei est et nole vestrū nole dei est. Vnde quicquid ab illo petitis sine mora obtinetis. Per hāc ergo tam potentissimam vestre dignitatis virtutem poscite queso michi peccatori corporis et anime salutem. Agite queso agite vestris sactis orationibus vt cor meum inuisete et inhabitare dignetur spiritus alm⁹ gratiarum largitor optimus qui me a cunctis viciorum sordibus expurget virtutib⁹ sactis exornet. In dilectione dei et proximi mei perfecte stare et persuerare me faciat. Et post huius vite cursum ad gaudia decatelectorum suorum benignissimus paraclitus. Qui cum patre et spiritu sancto vivit et regnat deus. Per omnia secula seculorum. Amen.

Finis.

14 cuts + 1 repeats
a. 12 leaves, b 12, c - 4 in eighth
= 92 leaves

Kalendar.	11
Gospels of the Passion	8
Daily devotions	2
Hours of the B.V.	28
Hours of the Compassion of the B.V.	2
Seven Penitential Psalms	6
Litany of the Saints	4
Vigils of the Dead	21
Seven Psalms on the Passion	4
Prayer before Image of Christ	1
Prayer to B.V. - S. John	1